

DE USU CORONARUM APUD GRAECOS

CAPITA SELECTA

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IOANNIS PETRI NICOLAI LAND

THEOL. DOCT. IN FACULTATE LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE PROF.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE LUGDUNO-BATAVA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

DIDERICUS CHRISTIANUS HESSELING

AMSTELODAMENSIS.

DIE X M. APRILIS A. MDCCCLXXXVI HORA III ET DIM.



LUGDUNI-BATAVORUM.

APUD E. J. BRILL.

MDCCCLXXXVI.

Bibliothèque Maison de l'Orient



147953

MATRI CARISSIMAE.

Cum iam in eo sit, ut stadium Academicum ad calcem usque decurrerim, grati animi sensum testificari erga praceptores, quorum docta institutione per quinque annos frui mihi contigit, dulce mihi est officium. Nemini autem tantis beneficiis me devinctum scio, quantis tibi, Cornelissen, promotor honoratissime, qui et in studiis Academicis et in hoc opusculo conscribendo omne genus auxilia benevolentia plane singulari mihi praestiteris. Pro quibus omnibus gratias tibi habeo semperque habeo quam maximas.

CAPUT PRIMUM.

§ 1. PROOEMIUM. SCRIPTORES DE RE CORONARIA.

Quamquam de iis, quae tractanda suscepit, a multis viris doctis iam copiose disputatum est, tamen non plane despero nova quaedam me prolaturum. Fere omnes enim, qui ante me de coronis scripserunt, id potissimum egerunt ut usum coronarum apud Graecos in conviviis, apud Romanos in re militari describerent; ego vero in modum quo antiqui homines coronis in vita cotidiana usi sunt, inquirere decrevi. Priore parte huius libelli concludam, quae de origine historiaque coronarum statuenda videntur, quibus nonnulla de plantis, quae singulis diis sacrae erant subiungam; altera parte de coronis agam, quae in vita cotidiana a Graecis usurabantur. De coronis convivalibus deque iis, quae praemia virtutis erant tacebo¹⁾). Tituli autem qui his L annis inventi sunt nova argumenta attulerunt, quae obscuriora nonnulla optime illustrant. At satius visum est ea, quae de

1) De his multa egregie disputata sunt a viro cl. Köhler (Etwas zur Beantwortung der Frage, gab es bei den Alten Belohnungen des Verdienstes um den Staat, welche den Ritterorden neuerer Zeit ähnlich waren, Dörpt. Beiträge 1814. Ges. Schrifte VI).

his rebus collegi — aliquantum temporis ἔχων ἐν στεφάνοισι παντοδαποῖσι — postea tractare. Itaque nunc capita quaedam selecta tantum edere iuvat.

Cum Romani plerunque eodem modo quo Graeci coronis usi sint — quippe qui in his rebus¹⁾ toti ab illis penderent — multa, quae ad caeremonias Graecas spectant, scriptorum Romanorum testimoniis adhibitis interpretari possumus. His autem non utar, nisi ubi scriptores Graeci me defecerint, ne locis plus aequo accumulatis rem magis impeditam quam expeditam reddere videar.

De scriptis eorum qui ante me de coronis egerunt haec monenda sunt. Teste Athenaeo iam apud Graecos complures libri exstabant, quibus de coronis agebatur. Apud Athenaeum (XV. p. 673) Democritus queritur Hephaestionem quendam in libro περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίου στεφάνου huius coronae interpretationem evulgasse, quam ipse e libello Menodoti eruisset. Alio loco (XV. p. 675^a) Athenaeus haec habet: Φιλωνίδης δὲ οἰατρὸς ἐν τῷ περὶ μύρων καὶ στεφάνων τὰ αὐτὰ εἴρηκε (Baechum primum coronas capite gestasse contendit) καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ μύρων καὶ στεφάνων αὐταῖς λέξεσι. Eodem libro p. 682 e Athenaeus memorat poetas qui florum coronariorum mentionem fecerunt. E Plinio quoque nomina nonnulla eorum, qui de his rebus scripsérunt, novimus. Plinius (Hist. Nat. XXI. 3. 9 Ed Sillig): »Apud Graecos quidem de coronis privatim scripsere et Mnesitheus

1) Excipio usum coronarum in re militari.

atque Callimachus medici, quae nocerent capiti. . . . De floribus supra dictis (qui habent vim salutarem) Theophrastus apud Graecos".

Ex tanta copia scriptorum Graecorum ea tantum aetatem tulerunt, quae Athenaeus collegit, qui convivas suos ut de omnibus fere rebus ita de coronis quoque disserentes facit. Suo more memorabilia, quae parum cognita erant, explorare studet (Athen. XV. p. 669^c—692^a). Plinius iis, quae supra laudavi, dissertationem subiunxit de floribus, qui coronis plectendis adhibebantur.

Denique e scriptoribus Romanis Tertullianus nominandus est, qui quamquam de coronarum usu nova divulgare minime certe in animo habuit, tamen in libro de Corona hoc nomine quoque multa nobis tradidit quae ad vitam cotidianam Romanorum cognoscendam maximi momenti sunt.

Omnium, qui post litteras renatas de coronis scripserunt, facile princeps diligentia doctrinaque habendus est Carolus Paschalius, qui copiosissime materiem tractavit. Libro plus 700 paginarum ¹⁾ ingentem copiam conclusit sed cum de coronis antiquorum, de lunae cyclis, qui dicuntur, de regum hodiernorum insignibus promiscue agat tantumque

¹⁾ Carolii Paschallii, Regis in sacro consistorio consiliarii et apud Rhaetos legati Coronae. Opus quod nunc primum in lucem editur distinctum X libris; quibus res omnis coronaria e prisorum eruta et collecta monumentis continetur. Parisiis MDCX. Iterum editus est Lugduni Batav. MDCLXXI.

eum ingenii acumen deficiat quantum valeat studio colligendi, necesse est cum Cupero facias, ubi haec scribit (Apoth. Homeri p. 218): »Paschalius, qui late quidem de coronis sed non accurate scripsit et cum iudicio ubique fere legendus est". Reliqui, qui de his rebus egerunt multo minus copiosi fuerunt; quae attulerunt ad coronas quae erant præmia virtutis apud Romanos aut ad coronas convivales potissimum spectant.

Nomina eorum haec sunt:

Antonius Thylesius Consentinus (Opera, Neapoli 1762).
Stuckius Antiquitates Conviviales III. 16. Lanzoni de Coronis et Unguentis in Antiq. Conviv. (in Sallengre Thes. Antiq.) Gatakerus Op. Critic. Trajecti ad Rhenum 1698, p. 694 sqq.

J. J. Maderi, de Corona Nuptiarum, Helmaestadt 1688 (nounulla subiunxit de coronis nuptialibus apud Hebraeos et apud Graecos recentioris aetatis).

Kirchmeyer de Coronis Viteb. 1693.

Baruffaldo de Coronis et plantis ad Coronas adhibitis (Hages 1719).

Schmeizel de Coronis tam antiquis quam modernis (sic). Jenae 1712 (post Paschalium plurima attulit).

His addere possumus nomina omnium eorum qui ante hos centum annos corpora antiquitatum conscripserunt sed fere omnes quae tradunt e Paschale depromperunt, quamquam nusquam hunc auctorem se secutos confitentur.

Res ipsa docet in libris praestantissimis, qui hac nostra aetate de antiquitatibus Graecis conscripti sint, scriptores paucis tantum de his rebus agere. De coronarum usu apud Romanos, qui tamen in conviviis a Graecorum exemplo pendebant, plura reperies apud Boettigerum in elegantissimo libro: »Das Morgentoilet einer Römischen Dame“ et in disputatione, quam scripsit H. H. Garcke, de Horatii corollis convivalibus. Excurs. ad Carmen I. 38. 2. Altenburgi 1860.

§ 2. DE CORONARUM ORIGINE ET NATURA.

Ex scriptorum veterum locis innumerabilibus una cum luculentis monumentorum testimoniis satis appareat, apud Graecos cultum arborum haud ignobilem locum in religione obtinuisse¹⁾). Omnes vero gentes, quas cognitas habemus, antequam deos immortales certis formis praeditos sibi effinxerunt animis, numina daemonum, formis carentia,

1) De cultu arborum apud Graecos primus copiosius disseruit C. Bötticher in libro: »Der Baumkultus der Hellenen“, Berlin 1856. Magnam locorum copiam attulit, permultis imaginibus ea illustravit, quae multa neque spernenda proposuit sed nocet ingenium praepropterum et festinatio in rebus statuendis, abest denique religiosa illa in locis laudandis fides, quae nullam sententiam defendere studeat locis aut nihil ad rem facientibus aut, falsa verborum interpretatione, subditia auctoritate fucatis. De magnis eius libri virtutibus vitiisque recte iudicavit Overbeck (Das Cultusobject bei den Griechen etc. Berichte der Kön. Sachs. Gesellsch. XVI, 1864).

in lapidibus, arboribus, aliis rebus inesse credebant¹⁾.

Ut vero priscum illum cultum, qui a viris doctis »animismus“ vocatur, missum facere coeperunt, necesse fuit ut nullos deos nisi humana figura praeditos formarent. Hinc Xenophanes acute dixit (Clem. Alex. Strom. 5 p. 601 c.), Si animalia sibi deorum signa facere possent, leones deos formis leoninis boves bovinis ficturos. Attamen prioris religionis vestigium in *ἀνθρωπομορφίσμῳ* remansit. Ita quae antea ipsa numinis sedes fuerat atque etiam tamquam ipsum numen colebatur, iam deo humana figura praedito, quasi insigne attribuebatur.

Nullam autem aliam originem ea »attributa“ habuisse apparebit, ubi respexeris quo modo sola et a suis diis secreta,

1) Cf. (Testam. Vet.) Deuteron. 12, 3; Judices 6, 25; I Reges 14, 23; 15, 13, 18, 19; II Reges 17, 10; 18, 14. Jes. 7, 5; 17, 2; Ezech. 6, 13, 20, 28. Mövers, Phöniz. p. 569, sqq. p. 664. Fergusson, Tree-and serpentworship in India. Grimm Deutsche Myth. p. 67 sqq. Pfannenschmidt Germ. Erntefeste im Christl. und heidn. Cultus. Hannover 1878. Mannhardt, Der Baumkultus der Germanen und ihrer Nachbarstämme, Myth. Unters. I, Berlin 1875. Ingentem copiam exemplorum e religionibus omnium gentium quae sitam collegit Bastian (Der Baum in vergleichender Ethnologie, in: Lazarus und Steinalth Zeitschrift für vergl. Völkerpsychologie V, p. 287). Videmus remotissimas gentes Americae interiorisque Africae et Asiae nonnullas usque ad hunc diem eadem ratione iisdemque caeremoniis arbores colere quibus Graeci et Romani olim usi sunt. Eodem modo rem tractaverunt Lubbock (The origion of civilisation p. 206 sqq.), Tylor (Primitive Culture, London 1873, p. 214 sqq.). Neque omittendus liber Mannhardtii egregius qui inscribitur »Antike Wald- und Feldkulte aus Nord-Europäischer Ueberlieferung erläutert“, Myth. Unters. II, Berlin 1877. Multa quae in mythologia antiqua parum perspicua erant, velut quid Centauri, Argaei, Fauni ceteri significantur e Germanorum cultu arborum explicavit.

occurrant. Ex Aeschyli »Supplicibus" *ικετηρίας* notissimae sunt. Teste Plutarcho (Thes. 18.) *ικετηρία* est κλάδος ἀπὸ τῆς ιερᾶς ἐλαίας ἐριώ λευκῷ κατεστεμμένος. Apud scriptores Graecos, imprimis apud tragicos, quicumque auxilium implorat eos ramos gestat; partes igitur agunt deorum atque protendentem ab omni injuria defendunt, tamquam ipsa numina sint, quae manu tenentur. Ut signa deorum vittata sic illi redimiti erant lana; antiqui enim quidquid sacrosanctum erat circumcingere solebant ut hanc rem ex usu cotidiano sublatam et diis sacram esse significanter. Uno eodemque consilio lucos et tempa circumsaepiebant quo hostias, vasa sacra, omnia denique, quae diis dedicata erant, vittis ornabant. Lana, quae antiquissimis temporibus in vita cotidiana maximi momenti erat (Hehn: »Culturpflanzen und Haustiere") ea ipsa de causa ab illis gentibus pro re sacra habebatur.

Antiquos homines autem credidisse plantis sacris ipsum numen inesse, vel optime inde efficias quod vaticinaturi nonnumquam lauro vescebantur. Sic Lycophron, Cass. vs. 6:

ἀλλ' ἀσπετον χέασα παμμιγῇ βοήν
δαφνηφάγων Φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὅπα
σΦιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιουμένη.

Tibull. II. 5. 63. Juv. VII. 19: »Sacras innoxia lauros.... vescar". cf. Hesiod. Theog. 3 cum Lucian. Rhet. praec. 4 'Ησιόδος δλιγά φύλλα ἐκ τοῦ Ἐλικᾶνος λαβάν αὐτίκα μέλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη. Soph. fragm. incert. XCVIII schol. apud Brunck. Theophr. Charact. XVI init. de superstitione qui

δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖ.

Eodem spectat usus quo templa laureis ramis solebant purgari: Apollo scilicet ipse sordes everrit.

Eurip. Ion. 102.

ἡμεῖς δὲ πόνους οὓς ἐκ παιδός
μοχθοῦμεν ἀεὶ, πτέρθοισι δάφνης
στέφεσιν Ή' Ἱεροῖς ἐσόδους Φοίβου
καθαρὰς θήσομεν.

Nihil aliud autem coronae significabant. Puer patrimus, qui in Daphnephoriis Apollinis partem sustinebat, lauro coronatus erat et laurum manu tenebat. (Paus. IX. 10; Photius Biblioth. p. 321 ed. Bekker apud Stephani Mém. de l'Acad. de St.-Pétersb. Sér. VI. tom. VIII. p. 474). Nonnumquam dii praesentiam suam manifestam faciunt coronis ramisque sibi sacrис. Athen. XV. p. 676 a. b. Venus αἱ φυῖδιον ἐπόιησε πάντα τὰ παρακείμενα . . . μυρρίνης χλωρᾶς πλήρη δόμης τε ἥδιστης ἐπλήρωσε τὴν ναῦν ἢδη ἀπειρήκοσι τοῖς ἐμπλέουσι τὴν σωτηρίαν. Nauta (cui nomen Herostratus) servatus ἔδωκε ἐκάστῳ στέφανον ἐκ τῆς μυρρίνης, quae corona Naucratites vocabatur.

Bacchus nautis eodem modo se ostendit in Hymn. in Bacch. 42:

πάντες δὲ σκαλμοὶ στεφάνους ἔχον.

Cf. Bacchus apud Semelen (Philostr. Imag. 1. 14, Aelian. V. Hist. 3. 42).

Videmus deum ἀνθρωπόμορφον in antiquiore formam

redire. Cum his conferenda sunt quae Tylor scripsit (Primitive Culture et. III en IV, revival and survival).

Mystae coronas quas in mysteriis Bacchi gestabant Βάκχον vocabant¹⁾ (Schol. Arid. Eq. 408; Hesych. in voce). Omnes denique qui futura caneabant, quia pro instrumentis deorum habebantur, vel qui in sacris eorum vicem sustinebant coronati erant. Poeta laureatus, »est deus in nobis!“ exclamare potuit, si quis alias.

Sed iam finem faciam testimonia enumerando paucisque quae sentio exponere conabor. Coronae antiquioris religionis reliquiae mihi esse videntur, quae quondam daemonum sedes, postea »attributa“ deorum facta sunt. Ut verbis ex hodierna disciplina desumptis utar, barbaris quidem sed optime ad rem facientibus, coronae ramique sacra »organa rudimentaria“ existimanda sunt. Vix opus est dicere veram illam significationem lapsu temporum evanuisse neque me credere antiquos eo consilio sibi coronas imposuisse ut ipsum numen sibi sumerent. Evanescente autem genuina significatione, quae tamen multa vestigia reliquit, coronae magis magisque tamquam sacra cingula, consecrationis symbola, facta sunt, ita ut vel apud scriptores vel in monumentis saepissime nihil aliud nisi infulas significant²⁾. Usus ramorum sacrorum vero multo clarius communem originem ostendit. Non

1) Mövers (Phön. p. 572) docet Hebraeos moneri (Deut. 16. 21) ne juxta aram Jahwe »Ascheram“ plantent.

2) Qui coronam gestabat sacrosanctus, inviolabilis erat. Apud Aristophanem (Plut. 21) Servus dominum sic alloquitur:

alienum videtur nonnulla e mythologia aliarum gentium proponere ut similitudinem morum perspiciamus eaque collatione ad opinionem meam confirmandam utar. Mannhardt (Myth. Unters. I) cum multus est in festis Pentecostes describendis, quales tota fere Europa celebrantur, diserte demonstrat omnes caerimonias ad daemonem fertilitatis ¹⁾ referendas esse, qui ineunte vere hilari salutatione colatur. Hunc daemonem repraesentant aut arbor humana veste induita (veluti in Russia: Mannh. I p. 157) aut pueri puellaque fronde involuti (veluti in Bavaria: ibid. I 372) aut denique puella, quae corona tantum ornata est (in patria nostra passim, veluti in Brabantia Septentrionali: Mannh. I. p. 318; »Pinksterbloem» ea puella vocatur). Coronam quae ultimae messis mergeti imponitur eadem ratione daemonem illum repraesentare, quem agricola secum domum dicit nemo Mannhardtio non concedet. Ex his quae supra scripsi, patet, opinor, quo modo coronae cum prisco illo arborum cultu coniungendae sint.

Antequam ad reliqua tractanda me accingo, non supervacaneum videtur expressis verbis commemorare me de coronis

οὐ γὰρ με τυπτύσεις στέφανον ἔχοντά γέ.

Cf. Demosth. oratio in Midiam (passim).

Itaque qui oraculum consuluerant, coronam qua ornati fuerant non nisi domum reversi deponere solebant. Liv. XXIII. 41. Cf. Schol. Eurip. Hippol. 792: *Ὥθος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχαῖοι τοῦτο, ὅτε ἤρχοντο ἀπὸ μαντέας ἐστεφανωμένοι ἤρχοντο.*

1) Vegetations-, sive Wachsthumdaemon, ut ipsis Mannhardtii verbis utar, quae accurate Latine vertere frustra conatus sum.

sacris tantum egisse neque me negare semper et ubique coronas fuisse quae nihil cum arborum cultu commune haberent: nempe easdem pueras, quae remotissimis temporibus ossa ferarum perforarent ut torque ex illis facto placendi studio satisfacerent, iam pridem floribus tempora cinxisse, equidem mihi persuasum habeo.

§ 3. CORONARUM HISTORIAE BREVIS DESCRIPTIO.

Verbum *στέφειν* »circumdare», deinde »cingendo corroborare» videtur significare. Priorem sensum Od. VIII. 170 exhibit:

ἀλλος μὲν γὰρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνύρ
ἀλλὰ Θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει

Ib. XVIII. 205:

ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῆτα θεάων

Od. VIII. 175:

ἀλλ' οὐ οἱ χάρις ἀμφὶ περιστέφεται ἐπέεσσιν

Od. V. 203:

.. νεφέεσσιν περιστέφει οὐρανὸν εὑρύν.

His locis tantum *στέφειν* apud Homerum invenitur. *Στέφανος* semel apud eundem legitur:

Ib. XIII. 736:

πάντῃ γάρ σε περὶ στέφανος πολέμῳ δέδην.

Στέφανος idem est qui κύκλος neque, ut nonnulli (velut Faesi i. l.) contenderunt, per figuram dictus sed genuinam cingendi significationem exhibet, quae ex XIX, 99. quoque patet:

ὅτι ἔμελλε βίην Ἡρακληίην

Ἀλκμήνη τέξεσθαι εὔστεφάνω ἐνὶ Θήβῃ

(Hesiod. Theog. 978 γείνατο καὶ Πολύδωρον εὔστεφάνω ἐνὶ Θήβῃ).

Videlicet de fortibus Thebarum moenibus agitur¹⁾.

Στεφανός apud Homerum semper »circumdare" significat:

Il. V, 739

(αἰγίδα) ὃν πέρι μὲν πάντη Φόβος ἐστεφάνωται.

Il. XI, 36. XV, 153. XVIII, 485. Od. X, 195 loci sunt prorsus similes. Conf. H. in Venerem 120:

ἀμφὶ δ' ὅμιλος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο (Od. X, 195).

Hesiod. Theog. 381 (Il. XVIII, 485). Batrachom. 127:

Ὥρηκας δ' εἶχον καλαμοστεφέων ἀπὸ βυρσῶν.

"Επιστέφω »partem superiorem circumdare, firmiores reddere" deinde »tegere, operire" significat. Ita legimus apud Archilochum. fr. 21 Bergk II⁴ (de insula Thaso):

ἥδε δ' ὥστ' ὄνου βάχις

ἐστηκεν ὕλης ἀγρίης ἐπιστέφης

atque apud Alemanem fr. 74^B (Bergk II⁴)

1) Conf. ἀλιστέφανος Hymn. in Apoll. 140. στεφάνη diadema mulierum (ut Il. XVIII. 597) et galea herorum (uti Il. VII, 14. X, 30. XI, 96) Semper munimentum capitis significat. Hinc εὐστέφανος (Il. XVIII, 99. VIII, 267. Od. II, 120. VIII, 267, 288. XIX, 192). Helbig das Hom. Epos etc. p. 157.

Κλῖναι μὲν ἐπτὰ καὶ τόσαι τράπεσδαι
μακανίδων ἄρτων ἐπιστέφοισαι.

In notissimo illo κοῦροι δε κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῦ eadem occurunt. Vergilius qui hunc versum (Aen. I. 723) sic vertit: »Crateras magnos statuunt et vino coronant», veram vim huius vocis non intellexisse videtur. Non melius placet quod Buttmann (Lexilog. 97) scholiastam secutus proposuit: ὑπὲρ τὸ χεῖλος ἐπλήρωσαν ὥστε δοκεῖν ἐστέφθαι τῷ θυρῷ. Etenim quis credat veteres illos potores tam alienos fuisse ab usu vitae communis ut crateras ita complerent ut temperari non possent nisi undique vinum effunderetur¹⁾). Nam hoc potissimum monendum est, poetam semper de crateribus numquam de poculis loqui, ubi voce ἐπεστέψαντο utitur; non recte Voss interpretatur:

»Jünglinge füllten sodann die Krüge zum Rand mit Getränke».

Melius Ameis (ad Od. I. 148) »anfüllen» vertit.

Nam res sic se habere videtur. Athen. (XI p. 782) οὗτος δὲ ἦν πρότερον, inquit, ἐν τῷ ποτηρίῳ ὅδωρ ἐμβάλλεσθαι, μεθ' δὲ τὸν οἶνον. Testes vocat Xenophanem et Theophrastum, cuius verba referre operae pretium est: τὰ περὶ τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἰχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἑλλησιν ὑπάρχοντι, οὐ γὰρ τὸ ὅδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπέχεον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὅδωρ τὸν οἶνον. Itaque cum in vino temperando verum πότον vinum sit, sic ver-

1) Taceo de puerili insulsaque metaphora quae illa interpretatione Homero attribuitur. Poetarum princeps ipsis verbis exprimit quae sentit; quidquid artificiosius est ab eo abiudicandum est.

tendum existimo: »pueri in crateribus aquam vino tegebant, aquae vinum infundebant».

Iam supra vidimus Homerum nusquam mentionem coronarum facere; quod eo magis mirandum est quia in sacrificiis et symposiis describendis multus est.

Itaque haud temere statuas coronas Homericis temporibus non usitatas fuisse. De arborum cultu quoque, vetustissima illa religione, poeta tacet. Qua de causa? Liceat mihi verbis Mannhardtii uti, qui in his quoque rem acutetigisse mihi videtur. Mannh. Myth. Unters. II. p. 209: »Erst nachdem der Werdeprozess der Olympischen Gottheiten in der Hauptsache längst vorüber war, traten die Pane, Satyru, Seilene, Kentauren, die im niederen Volksglauben weit treuer den Zusammenhang mit der poetischen Naturanschauung bewahrt hatten, aber dafür leerer an geistigem Inhalt geblieben waren, in den städtischen Kult und in die Litteratur ein. Gewissermassen vergleichbar erscheint es, dass erst tausend Jahre nach dem Beginne einer deutschen Litteratur die Gestalten des wilden Jägers, der hochzeiternden Zwerge, des gemsenhütenden Berggeistes in die Poësie eingeführt wurden». Temporibus Homericis cultus arborum, quamquam numquam a poeta memoratus, floruisse mihi videtur eiusque aequales in ipsis arboribus numina coluisse crediderim, neque tunc moris fuisse ut plantam integrum coronis sibi repraesentarent. Scholiasta quidem contendit *στέμματα*, quae leguntur Iliad. I. 14:

στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
χρυσέψ φάντα σκῆπτρῳ,

coronam e fronde laurea significare, sed perperam. Nullo testimonio usus more suo ad aetatem Homericam refert, quae posterioris saeculi erant. Uno tantum loco poeta lauri mentionem facit: Od. IX. 183, de antro Polyphemi:

Ἐνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέσι εἴδομεν, ἄγχι θαλάσσης
ὑψηλὸν δάφνης κατηρεφές,

neque hic arborem sacram significat.

Στέμματα autem fere numquam sunt coronae e fronde, sed aut infulas ex lana factas aut universe sacra cingula significant. Testes adsunt: Schol. Soph. Oed. Tyrann. init. qui στέμματα vocari ait lanam, quae obvolvitur ramo olivae. Inter scriptorum testimonia imprimis citandus Batrachom. vs. 180, ubi Minerva muribus auxilium ferre recusat,

ἔπει τὰκὰ πολλὰ μ' ἕοργαν
στέμματα βλάπτοντες καὶ λύχνους ἔινεκ' ἐλαῖου.

Deinde Thuc. IV. 133: 'Ο νεῶς τῆς "Ηρας κατεκαύθη Χρυσίδος τῆς ιερείας λύχνου τινὰ θείσης ἡμιένον προς τὰ στέμματα καὶ ἐπικαταδαρθούσης ὥστε ἐλαθεν ἀφθέντα πάντα καὶ καταφλεγθέντα.

Herod. VIII. 197 Ed. Stein, Eur Suppl. 36 quoque hanc notionem huius vocis exhibent.

Aetate Athenaei quoque στέμμα vel στέφος infulam significasse videtur. Athen. XV. 677^a: πρῶτος ἐν τοῖς "Ελλησι στέφανος ὀνομάσθη τὸ παρὰ μὲν ἡμῖν στέφος παρὰ δὲ τισι

στέμμα προσαγορευόμενον, διὸ καὶ τούτῳ πρώτῳ στεφανωσάμενοι δεύτερον περιτιθέμεθα τὸν δάφνινον.

Cum laureis potissimum coronis antiqui in re sacra ute-rentur, Athenaeus τὸ δάφνινον pro quacumque corona e fronde ponit.

Ceterum ex his quoque apparet coronas »naturales», ut ita dicam, recentioris aetatis esse. Itaque Chryses sacerdos Agamemnonem adit summo sceptro laneam infulam gestans, quam iudice Overbeckio de signo deae desumserat (Overbeck, Gesch. der Gr. Plast. I. p. 45).

In hymnis Homericis coronae e fronde aut floribus haud ita multum occurunt. In Venerem 18: εἴδος θαυμάζοντες ιστεφάνου Κυθερίης. In Bacchum 42: πάντες δὲ σκαλιοὶ στεφάνους ἔχον. In Bacchum II. 8:

Φοιτίζεσκε καθ' ὑλήντας ἐναύλους
κισσῷ καὶ δάφνῃ πεπυκασμένος.

His tribus locis tantum sine dubio de coronis ex fronde factis agitur.

In Lunam 5:

στίλβει δὲ τ' ἀλάμπετος ἀήρ
χρυσέου ἀπὸ στεφάνου ἀκτίνες δ' ἐνδιάσονται

Lunae circuitus στέφανος (cf. Hom. στέφανος πολεμοῖ) vocatur, eodem modo quo Hymn. 46. 1 (εἰς οἶκον τῶν Φρατόρων) dicitur:

Ἄνδρος μὲν στέφανος παιδες, πύργοι δὲ πόληος.

EύστέΦανος vero septies legitur, sed ad ornatum capitis quandam referendum esse duabus de causis mihi videtur. Quarum altera est in vocibus *χρυσοστέΦανος*, *καλλιστέΦανος*, altera vero in monumentis. Overbeck (Kunstmyth. Hera p. 47) »*στέΦανος*», inquit, »ist eine in gleichmässiger und nicht unbeträchtlicher Höhe den Kopf umgebende metallene Krone, welche mit unserem Worte »Kranz« nicht übersetzt werden darf«, et p. 32: »Ein Attribut der Hera ist wahrscheinlich in der Archaischen Kunst weder Kranz noch Binde sondern der Stephanos«. Cum his conferenda sunt quae C. Manutius in dissertatione quae inscribitur »de Antiquissima Neptuni figura«, (Lipsiae 1873) docuit Neptunum in vasis figuris nigris depictis fere numquam coronam habere, quae in vasis figuris rubris ornatis ei fere sollemis sit.

Sed ante omnia ipsa monumenta adeunda sunt. Quod cum feceris, perspicies in artis uetustissimae reliquiis coronas raro inveniri. Vasa figuris nigris ornata nonnumquam coronas exhibent, sed mihi persuasum habeo multo maiorem partem figurarum infulas non coronas significare¹⁾. Plerumque

1) In artis antiquissimae monumentis saepius coronae e parvis bullis constant (Monum. Imt. VI. 7 exemplum luculentum praebet). Cingula saepius non coronas esse vel inde cognoveris quod occurunt ubi luctus coronam prohibuit (Bennd. Gr. u. Sic. Vasenb. I).

Overbeck (Kunstmyth. Zeus p. 22 sqq.) dicit in antiquissimis nummis et anaglyphis Iovem semel tantum coronatum inveniri. Quam II. 28 o coronam vocat, equidem potius infulam vocarim. Apud Stackelberg (Gräb. d. Hell. XII) in vaso figuris nigris ornato epheben coronari videntur, sed artifex antiquissimam artem imitatus est.

imagines minore cum cura delineatae sunt quam ut dijudicare liceat, utrum artifex coronam an infulam pingere voluerit; quam ob rem quaerendum est unoquoque loco utra earum expressa sit.

Hesiodus quoque vocibus *εὐστέφανος*, *χρυσοστέφανος* utitur, coronarum autem bis vel ter tantum mentionem facit (Theog. 575, Opera et Dies 75). Apud poetas Lyricos vero coronae sexcenties occurunt; Pindarus in victoribus laudandis saepissime eas commemorat.

De usu vocum vel coronas significantium vel ad eas pertinentium apud ceteros scriptores haec monere operae pretium videtur. Aeschylus semper formis *στέφος*, *στέφω* utitur (Septem 50, 101, Agam. 1265, Ch. 95, 1035, Eum. 44, Suppl. 344), quae cum ad infulas tum ad coronas referri possunt.

Poetam autem, qui omnia prisca amaret, signum antiquioris consecrationis plerumque elegisse res ipsa et verborum contextus docent (v.g. Agam. 1265, Ch. 1035). Sophocles verbis *στέφανος*, *στεφανοῦν*, *στεφάνωμα* utitur, quae verba apud Euripidem et Aristophanem creberrima sunt.

Ut paucis, quae supra disputavi, concludam, haec fere sunt, quae de coronarum historia sentio.

Antiquissimis temporibus nullae coronae neque in rebus sacris neque in symposiis adhibebantur, deinde coronandi usus paulatim invaluit.

Eas statuas vetustissimas excipias necesse est, quae in insula Creta effossae sunt; nescio quam ob causam in his coronae abundant.

Scriptores Graeci et Romani primum usum coronandi diis adscribabant. Tertullianus (de Cor. mil. ed. Currey c. VII): »Saturnum Pherecydes” inquit »ante omnes refert coronatum, Iovem Diodorus”. Plinius (Hist. Nat. XVI. 4): »Antiquitus quidem nulla (sc. corona) nisi deo dabatur... feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex hedera”. Athenaeus XV. p. 675^d, e libro Philonidis similia narrat. Cum Plinii Athenaeique verbis optime testimonia vasorum quadrant, nam Bacchum corona ornatum videsmus in vasis ea aetate factis qua nullum alium deum cum corona depictum fuisse invenimus (British Museum; Cat. Second Vaseroom).

Bacchus cui vitis sacra erat, arborum quoque omnis generis deus erat (*δευδρίτης* Preller I³ p. 583) si quis alias, qua de re infra copiosius sum disputaturus. Natura Bacchi atque indeoles illa duplex, ut ita dicam, inter causas fuisse mihi videtur eur coronae magis magisque in symposiis usurparentur, ita ut postremo e sacris symbolis signa laetitiae factae sint ¹⁾). Quod ita factum esse, nemo certe mirabitur, qui agnoscat animum hilarem Graecorum, qui pulchri amorem quo ipsi ardebant diis quoque adscribabant, omniaque, qua erant elegantia, simplicissima ratione quam venustissima reddere studebant (cf. E. Curtius, Göttinger Festreden; Id. die Kunst der Hellenen, p. 224 et pag. 3).

Aetate Euripidis iam omnia coronata erant. Quales fuerit

1) cf. Dist. p. 59 sq.

usus coronarum temporibus exolescentis Graeciae optime patet e scriptis patrum ecclesiae; idololatria enim, quam Tertullianus, Lactantius, alii Romanis exprobabant, in Graecia certe non minus vigebat (Tertullianus de Cor. mil. passim; de Idolol. c. 10, 15)¹⁾. Sed frustra venerabiles illi viri in coronas inventi sunt; nostra quoque aetate in moribus Graecorum coronae suum locum obtinent. (De his vide quae infra de coronis nuptialibus scripsi.)

§ 4. DE PLANTIS QUAE SINGULIS DIIS SACRAE SUNT.

Jam superest ut coronarum historia delineata de variis coronamentis, quae singulis diis sacra erant, nonnulla disseram.

Coronam pampineam Baccho, Cereri spiceam sacram fuisse, nemo mirabitur. Eodem modo Neptuni arbor pinus erat, quippe quae optimam materiem ad naves aedificandas praeberet. Quod autem »atra» cypressus²⁾ diis inferis sacra erat,

1) Tertullianus de Cor. mil. c. 14: »a saeculo coronantur et lupanaria et latrinae et pistrinæ et carcer et ludus et ipsa spoliaria ipsaque libitinae».

2) Secundum Festum et Servium (ad Aeneid. III. 64) cypressus imago mortis erat, quia haec arbor moritur simulac caesa iacet. Equidem plus aspectui austero foliisque paene nigris tribendum esse censeo. De cypri (cypressus sempervirens L.) virtutibus multa colligit Victor Hehn (Culturpflanzen und Hausthiere p. 192 sqq.).

quod papaver¹⁾ deae fertilitatis dedicata erat, virtutibus tribuendum est quas illae plantae cum singulis diis communes habebant. Sed circumspecto iudicio in talibus interpretandis utendum est, quod si minus facias, in ineptias incidas necesse est, quales nonnulli docti viri protulisse mihi videntur²⁾.

Saepe videmus plantam, quae quodam loco creberrime invenitur, deo sacratam esse, qui ibi praecipue colitur, sive quia florente arborum cultu homines numina loci illis arboribus potissimum inesse credebant, sive quia deo dedicabatur quidquid quaeque regio optimum uberrimumque ferebat. Ita Athenienses Minervae olivam consecrabant³⁾, qua nullam arborem cariorem habebant (Soph. Oed. Col. 695 Herod. V. 82); Lacedaemonii arundinem, quae ripas Eurotae vestit, Castori et Polluci sacram esse volebant (Athen. XV. 674^b⁴⁾); oleaster denique, quo ripae Alphaei

1) Dierbach (Flora Myth. § 48) narrat ex uno papavere 35.000. semina provenire.

2) Ne verbis durioribus uti videar, pauca afferam ex iis quae vir. cl. Stark scripsit (Myth. Parallelen I, Ber. u. Verhandl. der Säch. Gesell. der Wissensch. 8^{er} Band, 1856, p. 93). Oliva est »das Symbol des dunkeln, tiefluchtenden, von dem Blitz durchzuckten Nachthimmels«. Itaque (p. 101) Io ad olivam alligata quae Mycenis Iunoni sacra erat (Apoll. XI. 1. 3, Plin. Hist. Nat. XVI. 41, 89) eadem est ac: »das Bild des wandernden Mondes auf der Himmelsflur von den Sternenaugen bewacht an das Symbol des nachtlichen Aetherglanzes gebunden« p. 105. *κότινος* est: »ein Symbol jenes gezackten Blitzen mit dem weissen Licht und der tiefen Finsterniss daneben«.

3) Solum Atticae olivae aptissimum est. Accedit quod propinquitas maris huic arbori multum prodest. (Stephani, Compte Rendu de la Comm. Arch. de St. Pétersb. 1872 p. 15 ubi laudatur II. XVI. 52).

4) Aristophanes (Nubes 1004) de iuvene bene morato:

abundant, eadem de causa summo Iovi Olympio dicatus erat. Itaque optime intellegi potest aliis locis arbores aliis diis sacras fuisse (exempla collegit Bötticher Baumkultus c. VIII). Argis Iunoni ¹⁾ oliva consecrata erat, Cereri Eleusini ²⁾, in utraque urbe, opinor, summae deae arbor, quae mira vetustate vel singulari proceritate inter omnes excellebat.

Denique non praetermittendum est quantum valeret in rebus divinis auctoritas urbium apud colonias. Quocumque Graeci colonias deducebant virgas sacrarum arborum secum portabant, ut in nova sede propagarent, quas patria urbs coleret (exempla apud Bött. o. l. XVIII).

Quantum posset auctoritas nonnullorum locorum in ritibus sacris, ex iis colligere licet, quae de lauro cognita habemus.

Laurus non fuit ubicumque Apollinis arbor: eo munere Deli palma ³⁾ fungebatur, quae iam temporibus Homericis iuxta aram dei inveniebatur.

Od. VI. 162. Δύλω δη ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνδῆσα.

εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὸν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει
στεφανωτάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,
μίλικος ὁζῶν καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λεύκης φυλλοβολούστης.

Credo eos iuvenes coronas gestasse, quae Castori et Polluci, diis palaestrae, propriae essent. Λεύκη (*populus alba L.*) Herculis arbor erat.

1) Plin. Hist. Nat. XVI. 89.

2) Hymn. in Cer. 99, 272. Paus. I. 38. 4 et 3. 4. — Conferas Iovem corona spicea coronatum (Overb. Kunstm. Zeus p. 95) et statuam Iovis a Phidia factam, quae corona oleagina ornata erat (Steph. Compte Rendu 1875, p. 185).

3) Phoenix dactylifera L. cf. Hehn I. I. p. 180.

Cf. Callim. Hymn. in Del. 209. Hom. Hymn. in Apoll.

117.

Delphis vero laurus Apollini sacra erat, sed aliunde advecta. Paus. (X. 5. 9) haec habet: ποιηθῆναι δε τὸν ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι τὸ ἀρχαιότατον δάφνης Φασί, κομισθῆναι δὲ τοὺς κλάδους ἀπὸ τῆς δάφνης τῆς ἐν τοῖς Τέμπεσι. Cum his conferantur quae C. O. Müller (Dorier p. 202) scribit: »Als die ältesten Sitze des Dorischen Volkes, deren geschichtliche Erinnerung erwähnt, bestimmten wir oben die Gegenenden am Olymp und Ossa und das Thal Tempe«. Paulo inferius haec habet: »einheimische Feste Thessaliens mit Umtzagung von Lorbeerzweigen, die ohne Zweifel aus den Hainen des Tempethals gebrochen waren, zu denen auch die Delpher alle acht Jahre nach Umlauf der heiligen Periode die Pythische Theorie sandten, welche, nach einem Opfer, von dem heiligen Lorbeerbaume den Sühnenden Zweig brach«. Itaque videmus Apollini, gentis Doricae deo summo, eam arborem consecratam fuisse, quae in antiqua Doricorum sede abundaret.

In memoriam originis lauri usus Delphi festa Daphneboriorum celebabant. Iuvenis qui partem dei sustinebat certa via Delphis Tempe proficiscebatur, unde eadem laureo ramo ornatus revertebatur. De illa via, quae sine dubio eadem fuit, qua gens Dorica Delphos venerat, plura annotavit C. O. Müller in libro laudato (p. 204 sqq.). Magna auctoritas, qua civitas Delphica oraculumque Apollinis tota

Graecia pollebant, deinde effecit ut planta, quae hoc loco Apollini sacra esset, universe Latonae filio dedicaretur eademque propria corona vatum fieret¹⁾.

Ob similem causam quercus universe Iovi dedicata est, cum primo Dodonae tantum ei sacra esset.

Athenienses myrteis potissimum coronis usi esse videntur; magistratus iis redimiebantur; itaque qui magistratum ambit μυρρινῶν et forum coronarium αἱ μυρρίναι vocatur. Schol. Arist. Vesp. 861. μυρρίναις γὰρ ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχοντες· καὶ μυρρινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. Hesychius: μυρρινῶν, ὁ δηλοῖ τὸν ἐπί τινα ἀρχὴν παρασκευαζόμενον, δύτως δε ἔοικεν ἔχριματισθαι διὰ τὸ τοὺς ἀρχοντας ταῖς μυρρίναις στέφεσθαι. Cf. Pollux 10. 69. Arist. Thesm. 447.

παιδάρια πέντε . . . ἄγω μόδις
στεφανηπλοκοῦσ' ἔβοσκον ἐν ταῖς μυρρίναις.

Geop. 116. legimus myrtum originem trahere ex Attica, ubi Μυρσίνη quaedam formosa puella vixisse ferebatur, quam

1) Antiqui de causa cur laurus Apollini sacra sit alia prodiderunt. Contendunt e lauro facillime scintillam elici posse cum olivae affricetur (Hymn. in Merc. 109 sqq. Plin. XVI. 77. Theophr. Hist. Plant. V. 9. 6). Sed propter eam virtutem potius Vulcani arbor facta esset. Hehn (I. l. p. 145) haec habet: »Der Lorbeer ward wegen des scharfen aromatischen Geruchs und Geschmacks seiner immer grünen Blätter und Beeren frühe ein Götterbaum. Der starke Duft seiner Zweige verscheuchte Moder und Verwesung und derjenige Gott, der aus einer Personification der die Seuche sendenden und also auch von ihr wieder befregenden Sonnenglut allmählig zum ernsten Gott der Sühne für sittliche Befleckung und Erkrankung geworden war, Apollo, erwählte sich diesen Baum“ etc. Equidem crediderim omnes illas virtutes tum demum ab antiquis observatas fuisse, cum iam antea laurus aliam ob causam Apollinis arbor facta esset.

amaret Minerva (Lenz Botanik der alten Griechen und Römer p. 679). Quae cum refutari minime debeant, difficile tamen videtur conicere quae fuerit causa, cur Athenienses myrtum adeo in deliciis haberent.. Pausanias (I. 31. 4), Strabo (ed. Kramer p. 399), Schol. Arist. Aves 873, C. J. G. (100) nos docent in Attica duo δήμους fuisse, quae Μυρρινοῦς et Μυρρινόττην (Bursian Geographie, von Griechenland I. p. 347) nominarentur; quae nomina sine dubio ad myrtos spectant, quae ibi uberrime crevisse videntur¹⁾. E notis myrtetis Baianis (ut uno exemplo defungar) novimus eas arbores optime provenire ubi mare propinquum sit. At vera myrti patria Lydia fuit, ubi Pelops Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐν Τήμνῳ πεποιημένον ἐκ μυρσίνης τεθηλυίας voverat. Ex Asia per insulas in Europam advecta esse videtur. In Creta festa celebrahantur (*τὰ Ἑλλώτιδα*) in quibus ossa Europae corona myrtlea redimita circumferebantur. Atheneaeus XV. p. 678a. Σέλευκος δὲ ἐν ταῖς Γλάσσαις ἔλλωτίδα καλεῖσθαι φησι τὸν ἐκ μυρρίνης πλεκόμενον στέφανον, ὅντα τὴν περίμετρον πηχῶν εἴκοσι, πομπεύειν τε ἐν τῇ τῷ Ἐλλωτίων ἑορτῇ. Φασὶ δὲ ἀντὶ τὰ τῆς Εὐρώπης δοτᾶ κομιζεῖσθαι, ἢν ἔκαλουν Ἐλλωτίδα. ἄγεσθαι δὲ καὶ ἐν Κορινθῷ τὰ Ἐλλωτία. Cf. Schol. Pind. Ol. 13, 39. Etym. Magn. in voce.

1) Cf. Δαφνοῦς opp. Phocidis vel Locridis (Strabo p. 416. 424—426). Φοινικοῦς mons Lyciae (Strabo p. 666, — urbs et portus Marmarae p. 799). Πιτυοῦς pagus Troadis (Strabo p. 588). Πιτύα δὲ στὴν ἐν πιτυοῦντι τῆς παρανῆς, ὑπερκείμενον ἔχουσα πιτυώδες ὄρος. — Πιτυοῦσσαι (Strabo p. 167).

Quod myrtus Veneri sacra erat inde factum esse videtur quod patriam commune habebat cum lasciva illa dea Asiatica, cuius sacra aut in Graeciam tamquam nova advecta aut cum antiquae deae Graecae coniuncta sociataque sunt.

Myrrinus autem non Venerem sed Dianam (Paus. I. 31. 4; Schol. Aves 873) colebant, unde efficias in Attica myrtum non tantum in sacris Veneris usurpatam fuisse (cf. Paus. III. 22. 9 de myro Artemidi sacra). Verisimile est in Attica myrtum eadem de causa qua olivam coronis faciendis adhibitam fuisse. Denique haud negligendum est ramulos myrteos lentissimos prae ceteris aptos esse ad coronas nectendas¹⁾.

Antiqui credebant iis locis, quorum gravis insalubrisque natura hominum valetudini noceret, aditus patere ad inferos; itaque, cum in terris a Graecis habitatis eae regiones potissimum perniciosae sint, ubi stagna paludesque aerem pestiferum reddunt, locis palustribus praecipue dii inferi colebantur. De Πλωτωνίοις vide Strabonem his locis (ed. Kramer): pp. 244, 383, 579, 629, 636, 649, quibuscum conferas, quae Pausanias annotat de aditibus ad inferos, qui inveniebantur Eleusine (38. 5), Lernis (2, 36, 7; 37, 5), Coroneae (9, 34, 4). Nemo, qui mihi concedit quae pag. 21 protuli, mirabitur me e natura illa τῶν Πλωτωνίων interpretari, quod multae plantae palustres in sacris funebris usurparentur; velut

1) Ad usum funebrem myrti explicandum fortasse cogitandum est de Ἀφροδίτῃ ἐπιτυμβιώῃ (Preller I^a. p. 288).

mentha¹⁾) (*mentha aquatica* L., cf. Columella de r.r. XI.3.37), *sisymbrium* (*sisymbrium nasturtium* L. cf. Dioscor. de m. m. 2, 155), *apium*. *Corona* *apiacea* in somnio *visa*, secundum *Artemidorum* (*Oneirocr.* I. 77) *νοσοῦντας ἀναιρεῖ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑδρωπιάσαντας διὰ τὸ ψυχρὸν καὶ καθυγρὸν καὶ ὅτι ἐπιταφίῳ ἀγῶνι ἐπιτήδειός ἐστιν ὁ στέφανος οὗτος.*

Forsitan plantae illae alias quoque virtutes habeant, quibus ad funera aptae sint putandae; sic — ut hoc unum commorem — verisimile est multas earum, quia gravius olerent, idoneas habitas esse ad cadaverum taetrum odorem expellendum.

Flores coronarii innumerabiles descripti reperiuntur apud Paschalium (de Coronis L. III); quodsi quis scire cupiat, quid significant coronae ex illis in somniis visae *Artemidorum* adeat (*Oneirocr.* I. 77), qui in his quoque verborum copia iudicii defectionem compensare studet.

Nihil melius mihi probare et confirmare videtur, quae p. 21 scripsi, quam quod fluminum diis coronae ex arundine sacrae erant. Res est omnibus satis superque nota. Nihilominus mihi liceat ex epistolis Aeschinis, quae vocantur, fabellam lepidissimam referre, quae hoc pertinet. Legitur Ep. X. 3. Mos erat in Troade sponsas ante nuptias aqua Scamandri lavari et haec (*ἄσπερ ιερόν τι*) ἐπιλέγειν: »λαβέ μου, Σκάμανδρε, τὴν παρθενίαν». Quod cum Cimon quidam

1) Antiqui credebant Mentham fuisse nympham, quam Pluto amat (Strabo p. 344. Poll. VI. 88. Oppian. Hal. 3. 485 sqq.)

audivisset, haec machinatus est: ὁ δὲ καλὸς κάγαθὸς Κίμων ἐγκρύπτεται εἰς Θάμνου τοῦ Σκάμανδρου, καὶ στέφει ἔχυτὸν δόναξιν λουομένης δὲ καὶ τὸ εἰωθὸς ἔπος λεγούσης [τῆς Καλλιρόης, quod erat nomen virginis] ἐκθορὸν ἐκ τῶν Θάμνων ὁ Σκάμανδρος Κίμων »ἡδέως“ ἔφη »δέχομαι καὶ λαμβάνω Καλλιρόην Σκάμανδρος ὡν, καὶ πόλλα ἀγαθὰ παιήσω σοι“. ταῦτα ἄμα λέγων καὶ ἀρπάσας τὴν παῖδα ἀΦανῆς γίνεται. Quatuor diebus post, sponsa ἰδοῦσα τὸν Κίμωνα ὡς μηδὲν αὐτῷ κακὸν συνειδότα ἄμα ἐμοὶ θεώμενον (πομπὴν scilicet Veneris) προσεκύνησε καὶ ἀποβλέψκα εἰς τὴν τροφὸν, „δρᾶς“ ἔφη »τὸν Σκάμανδρον, φ τὴν παρθενίαν ἔδωκα«.

§ 5. NONNULLA DE CORONARUM USU IN ARTIS GRAECORUM MONUMENTIS.

In monumentis nonnumquam artifices coronas expresse-
runt ut significarent quid fingere vellent. Sic ebrii saepe
coronis hederaceis ornati sunt (ut exemplum afferam, unum
nomino Vulcanum, apud Stackelberg, Gräber der Hellenen
taf. 40), certaminum victores laureis ¹⁾). Corona laurea
praesertim antiquis artificibus magno usui erat ut even-
tum pugnae vel certaminis cuiusdam praenuntiarent. Ita

¹⁾ Oliva quoque nonnumquam victorem designat. Stephani locos
collegit (Compte Rendu 1872). Apud Hamilton (III. 42) videmus ~~an-~~
item, qui casside folia palmaria gestat, signa victoriae.

Boreas, qui Orythiam prosequitur, laureatus est, quippe qui voti compos futurus sit (Heydeman, Griech. Vasenbilder tab. I fig. 1). Eadem ratione Neptunum Amymonem prosequentem corona ornatum videmus (ibid. fig. 2. Overbeck, Kunstmyth. Poseidon taf. XIII. 3).

Coronas myrteas in iis imaginibus depictas esse equidem credere nequeo, cum a communi usu antiquorum artificum alienum esse judicem, amore, quo quis sit captus, tam obseuro indicio significare. Amorem ipsum vel Suadelam ($\Pi\epsilon\vartheta\omega$) ipsam appingere solebant (cf. Mus. Borb. III. 40 et Overb. Poseidon taf. XIII 3, ubi Venerem cum Cupidine appictos videmus).

Coronae, quae ita futura praenuntiant, saepe Herculem omnium laborum victorem ornant (in nummis Siciliae, Thraciae et Macedoniae: Mionnet I. p. 231 sqq., 269). Herculem quoque, ubi spretis Voluptatis illecebris Virtutem sibi ducem elit, eadem de causa coronatum videmus (Welcker, Annales de l'Instit. 1832, p. 380 sqq.) itemque Iovem in pugna contra Gigantes (Overbeck, Kunstmyth. Zeus taf. 3. a.). Neptunus laureatus (Gerhard, Trinksch II, III), Bacchus hedera-tus (Gerhard Auserl. Vasenb. 64) contra Gigantes pugnavit.

Laurus omnino honoris causa variis diis adtribuitur. Iupiter ($\Upsilon\pi\alpha\tauος$, $\pi\alpha\gamma\kappa\rho\acute{α}\tauης$) persaepe laureatus cernitur (cf. Overbeck, Kunstmyth. Zeus Münztaf. I) ¹⁾, Venus (Bull.

1) cf. Overbeck (Kunstmyth. Zeus III. c. 13). Iupiter semel pinea corona redimitus cernitur (Stéphani C. R. 1875 p. 200). Ste-

Napol. Nuovo 1° VI. Tar. 4), Vulcanus (in nummo Attico, Mionnet II. p. 132 n°. 131), Apollo, Neptunus (Overbeck, Kunstmyth., Poseidon), alii nonnumquam coronas ex illa fronde gestant. Coronamentum Neptuni praeter laurum planta quaedam marina erat (Overbeck, Kunstmyth. Poseidon tab. numm. V. 3 et Élise Céramograph. III. p. 27); fortasse arundo (Mon. Instit. III. tad. 15 n°. 1), qua Castorem Pollucemque (Ar. Nubes 1004) et fluminum deos (Aesch. Ep. 10) redimitos videmus, illi quoque adtribuebatur. Demeter et Kora spiceis coronis ornatae erant. Iuno vero fere semper corona caret (vide p. 17). Plurimae coronae contra inveniuntur apud Bacchum comitesque eius; Sileni, Satyri¹⁾, Bacchae, omnes denique, qui quodam modo eum turba illa Bacchica coniuncti sunt, saepissime coronati effinguntur.

Musae (Stephani Compte Rendu 1862 p. 106) et Sirenes (Stephani Compte Rendu 1866 p. 56) quoque, ut Bacchi familiares, hederaceis coronis ornatae inveniuntur. Notissima coronamenta Bacchi pampinus atque hedera sunt. Hedera propter magnam bacarum cum uvis similitudinem in hunc honorem progressa est; de hedera coronaria autem cogitandum est,

phani censem Iovem Idaeum (Preller Gr. Myth. I p. 105 et 108), cuius cultus cum Rheae Cybeles coniunctus erat, hoc insigni indicatum esse. Phidias simulacrum Iovis Olympii corona oleagina ornavit, quae etiam in nummo quodam ante aetatem Phidiae cuso tempora Iovis circumcingit (Stephani C. R. 1875 p. 185).

1) Satyri pineis coronis quoque ornantur, quippe qui silvas et montes incolerent (Benndorf Gr. u. Sicil. Vasenbilder XXXIV).

Priapus quoque hedera coronabatur. Athen. V. 201 c. πριάπου ... ἐστεφανωμένου χρυσῷ κισσίνῳ.

quae aliquantum differt ab hedera nostra vulgari (cf. Athen. V p. 208 d. κιττὸς λευκός) Plinius varias hederae species copiose describit. (Hist. Nat. XVI. 34, 162; cf. Theophr. Hist. Pl. III. 18. 6. Dioscor. m. m. 2. 2. 10. Dierbach, Flora Mythol. p. 64 sqq.)

Coronae reliquorum numinum pro varietate religionum, locorum, gentium, temporum diversae erant. Singula infra exponere conabor.

Gibt mir juwile corona faylin Plan
Nat. Museum. Solli ja wölter
Jahrbuch arch. Fust. 1886, pl. 5, 2. unbekannt
Gew. Abt. 8 Glorati o. abt. & jämme varijsen.

CAPUT SECUNDUM.

§ 1. CORONAE NATALITIAE, AMATORIAE, NUPTIALES.

Coronae, quae in vita cotidiana Graecorum iterum atque iterum occurabant, Athenis iam parvulis recens natis haud temere adhibebantur; per eas enim parentes significabant utrum puer an puella natus esset. Hesychius (in voce στέφανον ἐκφέρειν) nobis narrat: Ὅσος ἦν δπότε παιδίον ἀρρέν γένοιτο παρ' Ἀττικοῖς στέφανον ἔλαῖας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν: ἐπὶ δὲ τῶν Θηλειῶν ἔριχ διὰ τὴν ταλάσσινην. Quocum conferatur locus Iuvenalis (IV. 85): »foribus suspende coronas, Iam pater es».

Perspicuum est coronam laneam omnia significare, quae spectant ad ἔργα γυναικῶν. Eodem symbolo vitam effemina-
tam denotari Aelianus docet (XV. 12): ἐν Γορτύνῃ μοιχὸς ἀλοὺς ἥγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἐστεφανοῦτο ἔριψ ἔλεγχοις. τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἀναινέρος ἔστι, καὶ γύννις καὶ εἰς γυναικες καλός.

Plato quoque cum e Republica sua poetas expellit, id hoc modo fieri iubet: μῆρον κατὰ τὰς κεφαλὰς καταχέας καὶ ἔριψ στέψας. (Rep. III. 9. p. 398a.)

Ut vim oleagineae coronae intellegamus, cogitandum est de

'Αθηνᾶς κουροτρόφῳ (Preller, Gr. Myth. I³ p. 179) in cuius tutelam puer recens natus per hanc coronam tradebatur. Quod Creusa quoque efficere voluit, cum filium Ionem, quem parvulum exposuit, hac corona munivit, cuius auxilio multis annis post natum agnovit. Eur. Ion. 1433:

στέφανον ἐλαῖας ἀμφέπικά σοι τότε
ἢν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος ἔξηγκατο,
δε, εἴπερ ἔστιν, οὕποτ' ἐκλείπει χλόην,
θάλλει δὲ ἐλαῖας ἐξ ἀγηράτου γεγών.

Me fugit quo modo ex his deduci possit, ut fecit Stephani (Compte Rendu, 1872, p. 23), Athenis morem fuisse ut liberis Atheniensium ingenuorum virga sacrae olivae daretur, quae pueri bonam valetudinem conservaret; immo ex eo ipso, quod mater corona illa utitur in agnoscendo Ione, mihi sequi videtur eam aliquid fecisse, quod a communi Atheniensium usu alienum esset.

In festis Amphidromiorum domum sertis coronisque ornata fuisse nihil est quod miremur, cum antiqui quotiescumque diem festum agerent in hunc modum laetum animum significarent.

Cum puer adulescens factus esset aut puella in virginem adolevisset, coronae mutui amoris lepidissimae interpretes erant. Arist. Thesm. 401:

τοιαῦθ' οὔτος ἐδίδαξεν κακά
τοὺς ἄνδρας ἡμῶν· ὅστ' ἔαν γέ τις πλέκῃ
γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ.

Ex rosis praecipue coronae illae constabant, quia rosa ob eximiam pulchritudinem Veneri sacra erat. Conf. Theocritum (XI. 10) de Cyclope:

ἵρατο δ' οὔτι φόδοις, οὐ μάλοις²⁾, οὐδὲ κικίννοις.

Mos erat ut amantes coronas ad ianuas dominarum afigerent:

Theocr. Id. II. 153:

καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν.

Anthol. V. 92:

*ἳν ποτὲ καὶ στεφάνους προθύρων ὑπερ ἐκκρεμάσωμαι
δρυισθεῖσα πατεῖ τοῖς σοβαροῖς Ἰχνεσιν.*

Qui mos quid sibi velit apud Athenaeum quaeritur; ita explicatur ut qui amet domum dominae pro templo habeat, eius *πρόθυρα* ornentur aut quia ei ipsum puellae corpus sedes Amoris esse videatur. Nonnumquam vero coronae significabant amantem omni laetitia abstinere, quippe qui amore captus omnia missa faceret, quae antea ei cordi essent. Lycophronides apud Athen. XV. 670. e.:

*τὸδ' ἀνατίθημι σοι φόδον
καλὸν ἄνθημα καὶ πέδιλα καὶ κυνέαν*

1) Coronae huius generis sexcenties occurunt apud Catullum, Tibullum, Propertium, alios poetas Romanos. Locos colligit Paschalius p. 82.

2) De pomis Veneri sacris vide locos, quos collegit Stephani, Compte Rendu 1860, p. 86, 1872 p. 168, 1873 p. 17. De taeniis donis amatorii Steph. C. R., 1874 p. 138, 149, 172, et Welcker, Annales de l'Inst. 1832 p. 380 sqq.

καὶ τὰν θηροφόνον λογχίδ', ἐπεὶ μοι νόσος ἄλλᾳ κέχυται
ἐπὶ τὰν Χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν.

Eandem ob causam coronas semimarcidas potissimum mittere solebant, qui amore capti erant. Alciphron. III. 62: μοιχὸς πολιορκεῖ τὴν οἰκίαν, δὲ Ἡλεῖος νεανίσκος — καὶ πρὸς τοῦτον γραμματίδια ὀσημέραι φοιτᾷ... καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα.

In nuptiis celebrandis sponsus et sponsa coronati erant teste Euripide in Iphigenia in Aulide (905), ubi Clytemnestra Achillem his verbis alloquitur:

ἄλλ' ὅμως

Σοὶ καταστέψασ' ἐγώ νιν ἦγον ὡς γαμουμένην.

Sub noctem sponsus cum παρανύμφῳ suo sponsam ad domum suam abducebat; corona, qua erat ornatus, e myrto, papavero, sisymbrio fuisse videtur. Arist. Aves 159:

Epopos: νειρόμεσθα δὲ ἐν κήποις τὰ λευκὰ σήσαμα
καὶ μύρτα καὶ μήκωνα καὶ σισύμβρια.

Euelp.: ὑμεῖς μὲν ἄρα ξῆτε νυμφίων βίον.

Quibuscum conferas Schol. Arist. Pax 869: »σήσαμα δὲ καὶ μήκωνα καὶ σισύμβρια», Φύλλα οἵστε φανῶνται οἱ νυμφίοι· καὶ σησαμούντια πόπανα. Eodem loco reperimus quam ob rem sponsi placentas illas comedenter; διὰ τὸ πολύγονον eos hoc fecisse scholiastes contendit i. e. ut symbolice significarent, quantam fertilitatem sibi euperent¹⁾. Nihil aliud

1) Eodem spectat praescriptum Solonis, quo recens nupti μῆλον κυδώνιον comedere deberent; mala scilicet illa ingentem seminum copiam exhibent.

significat sisymbrium, quae planta Veneri sacra erat
(Theoph. H. Pl. VIII. 1. 4.) et saepe cum myrto sociatur.
Ov. Fast. IV. 869:

Cumque sua dominae (i. e. Veneri) date grata sisymbria myrto
Textaque composita iuncea vincla rosa.

Papaver propter eandem seminum exuberantiam in sacris
huius generis adhibebatur.

In Boeotia sponsae coronatae erant asparago (Dierbach,
Flora Myth. § 43, p. 119), quae antiquis remedium
multorum morborum erat. (Dioces. m. m. 2, 151. Ath.
II. 62).

~~+~~ Lucianus (Herod. 5) nobis narrat in tabula quadam
Aëtius Alexandrum depinxisse, Roxanae sponsae coronam
nuptialem offerentem, παρανύμφῳ usum Vulcano.

Sponsa taeniis certis formis quoque ornabatur (Stephani,
Compte Rendu, 1872. p. 192, p. 140). In monumentis vero
sponsam saepe non coronatam videmus. Exempla sunt: Stackel-
berg, Die Gräb. der Hellenen, taf. 32; Arch. Zeitung 1860,
taf. 139 (ubi in nuptiis Bellerophontis sponsa στεφάνη
habet). Cum his conferatur Élise Céram. IV. 72. Sponsam
in lecto geniali sedentem ornatamque στεφάνη famula co-
ronat. Plura apud Kekulé, Hebe. Leipzig 1867. p. 54, sqq.

Non sponsus sponsaque tantum coronis ornati erant sed
tota turba, qui eos comitabatur. Testis adest Plutarchus,
Amator. 26: καὶ νῦν ἐκὸν στέφανον καὶ λευκὸν ἱμάτιον λα-
βῶν οἴδε ἔστιν ἡγεῖσθαι δι' ἀγορᾶς πρὸς τὸν θεόν.

Domi eodem ornatu splendebant. Amat. 10: ἀνέστεφον
ἐλαῖφ καὶ δάφνη τὰς θύρας οὐ μόνον τὰς τῆς Ἰσμηνοδόρας
ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ Βάκχωνος.

Stobaeus quoque lepidissime huius morem mentionem facit, cum laudat Hieroclem, qui de iis, qui temere uxorem ducunt, haec censeat: θύραις κατεστεμμέναις τύραννον
ἀντὶ γυναικὸς ἐπεισάγειν ἔκυτοῖς (Stob. Flor. LXVII. 24).

Huius loci esse videtur mirabilem morem commemorare, quem nobis tradidit Zenobius (Prov. III. 98. cf. Paroem. Gott. I. p. 82. Lobeck, Aglaophamus, p. 648). In coena nuptiali mos erat puerum patrimum circumire, qui coronam e spinis et querneis foliis contextam gestabat et manu panariolum tenebat dum alta voce clamitans: ἔΦυγον κακὸν, εὔρον
ἄμεινον.

Non alienum videtur hoc loco paucis mentionem facere loci memorabilis Herodoti, qui invenitur libro sexto c. 69. Mater Demarati filio narrat Astrabacum heroem quendam, specie Aristonis coniugis assumpta, secum concubuisse et coronas, quas haberet, sibi imposuisse. Quas coronas, cum essent ex herois sacello, quod ad ianuam aulae esset, Astrabacum fuisse adulterum demonstravisse. Ex his verbis videmus heroem coronas illas non tantum quasi dona amatoria mulieri dedisse, sed etiam iis se manifestum fecisse.

Quae sit vis vitalis earum caerimoniarum, quae, quia genuina significatio deperdita est, novis sacris non oppu-

gnent vel hoc potissimum nos docere potest, quod usque ad hanc diem coronae in nuptiis Graecorum tantum valent, ut ipsae nuptiae $\tauὸ\ στεφάνωμα$ dicantur. Cum nova nupta cum novo marito ex aede sacra reversi sunt, coronae, quae modo e liliis modo e spicis (quae sunt symbola castitatis et fertilitatis), modo e pampinis contextae sunt, in capitibus eorum impo-nuntur et a sacerdote auxilio $\piαρανύμφου$ (qui hodie $\kappaουμπάρος$ vocatur) inter maritum et nuptam commutantur. Coronae illae maxima cum cura asservantur, quia postea mortuorum ornamenta erunt¹⁾.

§ 2. DE CORONIS FUNEBRIBUS.

De coronis, quibus antiqui Graeci mortuos redimiebant, multa novimus e monumentis (Stackelberg, Die Gräber der Hellenen (passim); Gerhard, Abhandl. der Berl. Acad. der Wissensch. 1836, p. 530), multa quoque e scriptorum testimoniis (Arist. Lysistr. 602, Eccles. 358 (cf. Schol.), Alciphron, Ep. I. 36 etc.).

1) cf. Wachsmuth, das alte Griechenland im neuen. Bonn 1864. p. 90. Plura de caerimoniis nuptialibus, quae multa cum antiquorum Graecorum communia habent, repertae apud du Fresne, Glossarium Ling. Graecae med. aevi, in voce $\sigmaτεφάνωμα$.

Aliquantum novi de coronis huius generis antiquitatis reliquiae nos docuerunt, quae his quindecim annis apud Kertsch effossae sunt (Antiquités du Bosphore Cimmerien (passim) et Compte Rendu potiss. a. 1872 et 1874). Corona, quae mortui capiti imponebatur, eum diis inferis consecrabat; itaque probe distinguenda est a coronis, floribus, taeniis, quibus amici et propinqui in honorem mortui eius lecticam funebrem ornabant (cf. Plut. Phil. 21). Lycurgus, qui Spartanorum exsequias quam simplicissimas reddidit, tamen iussit: *ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαῖας θέντας, τὸ σώμα περιστέλλεσθαι κατ' ἵσον ἀπαντας* (Plut. Lycurr. c. 27).

Quae a nonnullis proposita sunt ad usum coronarum funebrium interpretandum, coronam praemium esse *τοῖς τὸν βίον διηγωνισμένοις* (Schol. Arist. Lysistr. 599), mihi parum recte dicta videntur. Fides Christiana enim talia docet, quae, nisi fallor, a notione vitae post mortem quam antiqui sibi animo finxerunt, prorsus aliena sunt. Scriptores posterioris aetatis tantum hunc morem ita interpretari studuerunt, veluti Artemidorus (Oneir. IV. c. 59), Scholiastes Aristoph. (ad Lysistr. 599), Auctor libelli, qui altercatio Hadriani et Epicteti philosophi vocatur. Antiqui (excipio philosophos) minime credebant post mortem de omnibus animis iudicium fore, neque Orcum in duas partes dividebant, quarum altera improbos teneret. Quod si fecissent, quis est qui dubitet quin Demosthenes, Aeschines, Aristophanes omnes suos inimicos in hac parte

collocavissent? Contra vide quo modo Aristophanes Inferos in Ranis depinxerit. Apud Aegyptios vero coronam funebrem hanc vim habuisse facile credo viro doctissimo Pleyte, qui e Libro Mortuorum, qui vocatur, multa attulit testimonia. (Pleyte, La couronne de la justification, tiré du vol. II des Travaux de la 6^e sess. du Congrès des Orientalistes. Leyde. 1884, p. 7, 19 sqq.).

Antequam paucis expono quales essent coronae, quae mortuos potissimum ornarent, locum Aristophanis quendam afferre lubet, ubi coronae illae ad lusum verborum materiem praebent.

In Ecclesiazusis (1034) vetula, quae foedo iuvenis amore capta est, amicum rogat:

ἢ μὴν ἔτ' ὠνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἔμοι;

Iuvenis, cui meretricula melius placet, iam paulo ante anui molestiae suasit ut sibi emat, quae ad funus celebrandum usui sint, itaque per dissimulationem ei respondet:

νὴ τὸν ΔΙ' ἡνπερ ἢ γέ που τῶν κηρίων.

Schol. adnotat κηρίων i. e. στεφάνων. Sed quid sibi volunt coronae eae cereae? Fuerunt sane coronae tales, sed nihil ad hunc locum pertinent. Credo locum Artemidori (I. c. 79) lucem afferre, ubi legimus: in insomniis στέφανοι κῆρινοι πᾶσι κακὸν μάλιστα δὲ νοσοῦσι, ἐπεὶ καὶ τὸν θάνατον κῆρα καλοῦσιν οἱ ποιηται. Itaque iuvenis ad duplēm vocis κηρίου significationem alludit. Cum cingulum capitis (*στεφάνη*) e cera constare non possit, necesse est intellegas

iuvenerem fingere mulierculam coronam rogavisse, quae esset notum donum amantium.

Materiem coronarum funebrium hae plantae praebebant: oliva, laurus, selinus, acanthus, quercus, smilax, aliae.

Pro varietate populorum coronae funebres quoque inter se differebant. Stephani (Compte Rendu 1872, p. 27) in Attica olivam potissimum usurpatam fuisse censem, quia ea arbor Minervae εἰρηνοφόρω (Preller, Gr. Mythol. I³. p. 172) sacra erat. Nam homines virtutes deorum immortalium plantis adscribere solebant, quae iis consecratae erant, quo factum est ut oliva symbolum pacis facta sit. Quod cum ita se habeat, hoc tamen offendit uno tantum loco apud Graecos Minervam illam paciferam occurrere ¹), quam sane apud Romanos iterum atque iterum una cum oliva sua pacifera memoratam invenimus. Evidem potius crediderim olivam ideo funeri adhibitam esse, quod omnium arborum in maximo honore esset apud Athenienses.

Artemidorus in Oneirocrit. IV. c. 57 haec dicit: τοῖς γὰρ ἀποθανοῦσιν ἐλαῖας μὲν συνεκφόρουσιν, δάφνας δὲ οὐδαμῶς, sed Aelianus (V. c. 6) et coronaes, quae apud Kertsch effosae sunt, alia docent (Stephani, Compte Rendu 1861, p. 145; 1863, p. 12; 1865, p. 11). Stephani autem censem coronas illas laureas in sola Chersoneso Taurica mortuis datas esse.

Apium graveolens (*σέλινον*) herba amara est, quae anti-

1) In titulo, statuae cuidam inscripto. (Millin, Gal. Myth. Pl. 37, 137.)

quis multorum morborum remedium erat. (Lenz, Botanik der Alten, p. 557). Plutachus (Timol. 26) nobis narrat: καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶγαι τὸ σημεῖον ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. Καὶ παρομιά τις ἐκ τούτου γέγονεν, τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα δεῖσθαι τοῦτον τοῦ σελίνου. Apium mortuis quoque dabatur; apud Kertsch enim coronae repertae sunt, quas e foliis apii constare nonnulli contendunt (Antiq. du Bosphore Cimm. Pl. 3, 4, 5 et Stephani Compte Rendu 1875, p. 26). Singula huius coronae folia filis aureis cum ramis coniuncta sunt; tota corona est singulari praestantia formae. Vir doctus Pleyte negat haec folia apiacea esse, sed ea potius formam trium foliorum oleae inter se coniuncitorum prae se ferre censem. (La couronne de la justific. etc. p. 12).

In iisdem sepulcris Russicis coronae quoque inventae sunt ex acantho, cuius floris nusquam in re sepulcrali mentionem fieri reperimus. Quod Stephani (Compte Rendu, 1875. p. 57) contendit e nota narratione Vitruvii (IV. 9), de origine structurae Corinthiae, sequi acanthum florem funebrem fuisse, mihi parum verisimile videtur. Verba Vitruvii enim, de quorum sententia nulla controversia esse potest, haec sunt: »Is calathus fortuito supra acanthi radicem fuerat collocatus". Quomodo ex his aliquid, quod ad acanthi usum funebrem pertinat, deduci possit, minime video. Alio loco tamen de acantho funebri legimus; apud Ciceronem (Divin. III. 32) enim reperimus

acanthum, qui repente in capite statuae Lysandri surrexisset, ei mortem praedixisse. Corona autem, quae apud Kertsch effossa est, facta est e duobus aureis ramis, tribus foliis oleaginis vel laureis, tredecim acantheis ornatis.

Lucianus (de luctu 11) nobis narrat morem fuisse mortuos coronari *τοῖς ὄραῖοις ἀνθεστι*: re vera omnes fere flores in caerimonias funebribus adhibitos fuisse reperimus, veluti smilacem (Compte Rendu 1880, p. 89; cf. coronam Krethonii, Guhl et Köner p. 212), quae plerumque una cum hedera et vite in summa laetitia atque in festis Bacchicis adhibebatur.

In vase, cuius imagines Archemori fata exhibent, optime videmus quo modo mortui coronarentur¹⁾: iudice Baumeister (Denkmäler des klass. Alterthums p. 113, in voce Archemoros) corona myrtlea picta est; cf. Eurip. Electr. 324: *κλᾶνα μυρτίνης*. Stephani censet hanc coronam, quae saepe inveniatur in mysteriis Bacchicis, iis mortuis dari solitam esse, qui Bacchi mysteriis initiati essent (Compte Rendu 1880, p. 89).

Ne quid omittatur, mentionem facio adagii *ἢ κρίνον ἢ κολοκύνθην* (Diphilus Com. Gr. fr. IV. 420), quod ita interpretantur: *ἔταττον οὖν τὸ μὲν κρίνον οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ τεθυηκότος, τὴν δὲ κολοκύνθην ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς*. Lilium, ut flos pallidus imago mortis, cucurbita contra imago bonae vale-

1) In *λικέσθαις* albis Atticis figurae huius generis saepissime inveniuntur.

tudinis erat (cf. Hehn, Culturpflanzen u. Hausthiere p. 220). De more mortuos lilio coronandi conferatur Lucianus (de luctu 11).

Denique non silentio praetereundae sunt memorabiles illae coronae vel potius reticula floribus referta, quae apud Kertsch effossa sunt. Iam erant nota e vasis pictis (Millin, Tombeaux de Canosa, Planch. 4, 8, 9, 22, 13; Gerhard, Auserles. Vasenb. I.; Arch. Zeit. 1844, pl. 16; 1845, pl. 28; Dubois-Maisonneuve, Introduct. à l'étude des vases peints, pl. 78) sed bestiolae vel taeniae existimabantur. Stasoff vero (Compte Rendu 1872, p. 313—321) eas certa (guirlandes remplies de fleurs) vocat atque originem ex Asia trahere censem. Unus e servis in imaginibus vasis Archemorei coronam huius generis manu tenet (cf. Benndorf-Schöne, Lateran, p. 221).

Cum de his ago, venit mihi in mentem reticuli illius floribus referti, quod Cicero Verrem in manibus habuisse incusat. Cic. Verr. V. 11: »Ipse coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulum ad nares sibi admovebat, plenum rosae".

Fortasse hi sunt στέφανοι κυλιστοί, de quibus agunt Athenaeus (XV. 678. e.) et Pollux (VII. 199).

De asphodelo, flore funebri, conf. Bastian, Der Baum in vergl. Ethnol. in Lazarus und Steinalth, Zeitschr. für vergleich. Völkerpsychologie V. p. 287. Censem vir clarissimus eam plantam in sepulcris satam fuisse »um durch

das Stärkemehl seiner knolligen Wurzeln den Todten zur Speise zu dienen, wie asphodelus asiaticus in Japan"; ibi autem usque ad hanc diem asphodelus sacris funebris adhibetur.

Qui funus prosequabantur non coronati erant, quamquam ex Plut. Tim. 39 et Plut. Philopoem. 21 alia sequi videntur, nam priore loco legimus de viris mulieribusque coronatis ὃν ὅψις μὲν ἦν ἔορτῇ πρέπουσα, πάντων ἐστεφανωμένων καὶ καθαράς ἐσθῆτας φορούντων atque in vita Philop. ἦν μὲν γὰρ ἐστεφανωμένους ἰδεῖν, ἦν δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ δακρύοντας. Perspicuum est Philopoemeni eximium honorem tribui neque rem fuisse communem; ceterum his locis videmus coronas illo tempore laetitiae tantum signa fuisse. Conferatur quoque Athen. XV. p. 675. a: διοιοπαθείχ τοῦ κεκυηότος κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. cf. Diogen. Laert. II. 54 de Xenophonte sacrificante et Aesch. in Ctes. 77, quo Aeschines Demosthenem incusat, quod ἐβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυας πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν ἐβούθύτει.

Multi scriptorum loci nos docent monumenta sepulchralia coronis ornata fuisse, veluti Plut. Tim. 26, Lucian. Contempl. 22, alii. In Aeschyli Choeporis (95) pro honore illo, quo inferi afficiebantur, iustum pretium posci videmus. Patet a pietate propinquorum dependisse quam saepe sepulcra conarentur sed quotannis uno die saltem omnibus hoc of-

ficio fungendum erat. Ille dies erat anniversarius mortis aut mortui dies natalis, ubi τὰ γενέσια¹⁾ (Herod. IV. 26) celebrabantur; in Atticorum δοκιμασίᾳ inquirebatur, num Archontes hoc officium neglexissent (Xen. Mem. II. 2. 13).

E lapidum testimoniis videmus multos testamentis cavisse ne sepultra sua iustis ornamentis carerent. Ita titulus 3912 (C. I. Gr.): δὲ βωμὸς καὶ ἡ ἐπικειμένη σορὸς λευκὴ καὶ ὁ πρὸ αὐτῶν τόπος Ἀγριππείνου Ἄσκλ(ῆ) τοῦ Ἀρτέμ(ω)-νος, καταλέλοιπότος τῷ στεφανωτικῷ δηνάρια τὸ πυξίδιο.

In titulis Hierapolitanis imprimis τὸ στεφανωτικὸν inventitur. Tit. 3916 (C. I. Gr.): καταλέλοιπα τοῖς (γ)εράσιοις τὸ στε(φ)ανωτικὸν κατ' ἔτος, κάθως (δι)ε(θέ)μην.

Huc quoque tit. 2336 pertinere videtur, qui tamen mutilatior est quam quo uti possimus. Tit. 3919 haec habet: ἔδωκα δὲ τῇ σεμνοτάτῃ γερουσίᾳ σ(τ)εφανωτικῷ δνό(μ)α(τ)ι τὸ πυξίδιο ἐν ᾧ ἀν καταληφθῶ πρὸς τὸ δίδοσθαι ἀπ' αὐτοῦ τὸν ἑτήσιον τόκον τοῖς παραγε(ι)νομένοις καὶ στεφανοῦ(σι) τὴν σορὸν μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτῶν κορακωθήσ(ε)ται, ubi Böckh annotat: »κόραξ in glossis = repagulum, κορακοῦν = claudere».

E titulis supra laudatis videmus τὸ στεφανωτικὸν fuisse pecuniam a testatore coronis destinatam; nonnumquam

1) Ex Etymologia atque ex Diogen. Laert. (X. 18) sequi videtur mortui diem natalem ad eos caerimonias destinatum fuisse; alia docet Ammonius de diff. voc. p. 35 (Becker^a Charicles III. p. 159).

τῇ γερουσίᾳ legata esse videtur, ut illi quotannis usum
ram iis solverent, qui sepulcrum coronassent. Cum multi
ritus funebres non valere existimarentur, nisi a cognati
celebrati essent, sepulcrum post mortem eorum saepe
claudebatur; de quibus autem agatur in tit. 3919 parum
me intellegere confiteor. *Γερουσίᾳ* illa, cui cura τοῦ στεφα-
νωτικοῦ traditur, multum differt a senatu neque quidquam
cum republica gerenda commune habet; erat sodalitas quae-
dam, quorum socii sibi inter se auxilium ferebant. Cf. Vidal-
Lablache, Comment. de tit. funebr. Graec. in Asia Minore.
Lutet. Paris. 1872.

Tit. 4252 b. in sacerdotes cura sepulcri transfertur.

Collegia fabrum quoque memorantur, quae monumenta
coronabant. Tit. 3294: τοῦτο τὸ ἡρῷον στέφανοι ἡ ἐργασία
τῶν βαφέων.

De modo, quo collegia etiam mortuos sodales bene de se
meritos coronae honore prosequebantur, luculentum habemus
exemplum in magno illo titulo, qui in ara Rhodi inventa
in sculptus est. Cum fusius de ea inscriptione disserere in
animo habeam, ubi agam de coronis honorariis, iam nunc
ea referre iuvat, quae ad coronas sepulcorum spectant.
Legimus (C. I. Gr. 2525 b):

[δεδδχθαι] ὑπάρχειν δὲ αὐτῷ τὰν ἀναγόρευσιν καὶ στεφά-
νωσιν καὶ μεταλλάξαντι τὸν βίον Τὸ δὲ ἔξαιρούμενον
αὐτῷ ἐν τῷ μηνὶ Τακινθίῳ εἰς στέφανον εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον
καταχρείσθων τοῖς ἄρχοντες καθ' ἔκαστον ἐνιαυτὸν εἰς τὸν στέ-

Φανον τὸν ἀναγορειόμενον ἐπὶ τάφοις μεταλλάξαντος αὐτοῦ τὸν βίον καὶ στέφανούντω αὐτῷ τὸ μναμεῖον. Ex iis, quae praecedunt, novimus καθ' ἐκάσταν σύνοδον τριάβολου sodali illi etiam vivo sepositum esse; videtur post mortem eius illa pecunia corona empta esse. Paulo supra haec inveniuntur: ἐπεὶ δὲ καὶ μεταλλάξῃ τὸν βίον, τὸ ἔξαιρούμενον αὐτῷ εἰς τὸν στέφανον εἰς τὸν δεῖ χρόνον λαμβανόντω ὃ τε ἀρχεραντίστας καὶ τοὶ λογισταὶ καὶ δὲ ἐπιστάτας, οἷς καὶ δεῖ ἐν ἀρχῇ ἔντι, καὶ πριάσθων στέφανον καὶ διλήμνιον κ. τ. λ. Τὸ διλήμνιον ad duos λημνίσκους (vittas) spectare videtur, qui coronam ornabant. Deinde ex hoc titulo apparet moris fuisse ut decretum, quo praemia mortuo attribuerentur, recitaretur, cum sodales sepulcrum eius coronis ornarent. De ipsis praemiis hic titulus unus omnium plurima nos docet. Τακίνθιος Therae, Rhodi atque in Sicilia nomen erat eius mensis, qui apud Lacedaemonios Ἐκατομβεὺς vocabatur. Hesych.: Ἐκατομβεὺς· μὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐν τῷ τὰ Τακίνθια. (Preller Gr. Myth.³ I. p. 204). Fortasse hinc mente τὰ νεκύσια celebrabantur, de quibus cf. Hermann-Stark, Griech. Antiq. II. § 48. 11.

In multis monumentis sepulralibus coronae insculptae sunt, quibus nomina inscripta videmus eorum, qui mortuo ea praemia attribuerunt. Cf. C. I. Gr. 3098, ubi sex coronae lemniscatae inveniuntur, quae una excepta laureae sunt. Quarum in circuitu haec nomina leguntur: ὁ δῆμος, ἡ βουλὴ, ἡ γερουσία, οἱ ιεροποιοὶ, οἱ νέοι, οἱ

ἘΦΙΒΟΙ. Tit. 3112 quattuor coronas exhibet, quas dederunt
οἱ ἘΦΙΒΟΙ καὶ οἱ νέοι, ὁ δῆμος, ἡ γερουσία, θλαστοὶ πάντες.
Cf. 3224, 3229, 3230, 3232, 3234, 3235, 3236, 3237,
3240, 3249, 3254, 3256, 3299, 3350, qui omnes coronis
subscripti sunt, quarum in circuitu ὁ δῆμος insculptus est.
Coronae illae aut mortuo destinatae sunt aut effigies
praemiorum, quibus vivus dignatus erat. Ita in lapide,
qui Romae in via Appia effossus est, varias coronas vi-
demus, quas poeta quidam nactus erat (C. I. Gr. 5919).
Cum de ipsis praemiis infra acturus sim, hoc loco haec
sufficiant.

Impietas recentioris aetatis pium sepultra coronandi
morem sicut multa alia ludibrio habuit. »Cur mortuorum
sepultra coronantur?» legimus apud Lucianum (Contem-
plantes 22), quocum conferatur C. I. Gr. 6298:

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίνως στύλαισι χαρίζου
μηδὲ τὸ πῦρ Φλέξης· ἐξ κενὸν ἡ δαπάνη·
ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δε μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κούχ ὁ θανὼν πίεται.

§ 3. DE CORONARUM USU IN RE SACRA.

Cum in omni antiquorum vita coronarum usus adeo
frequens esset, nemo mirabitur cultum deorum immortalium
iis minime caruisse. Quis est, quin norit in sacrificiis pre-

cipue hunc ornatum ubicumque adhibitum esse? Singulae caerimoniae autem neque satis notae sunt neque e scriptorum monumentorumque testimoniosis facile erui possunt. Quamquam viri harum rerum peritissimi (ut Stephani, Overbeck, alii) nonnulla protulerunt, quae ad caerimonias huius generis pertinent, nulla adhuc commentatio exstat, qua de variis sacrificandi modis agitur. Auget difficultatem quod multi scriptorum loci, qui in tantis tenebris lucem afferre videntur, nullo adhuc monumenti testimonio confirmantur. De mortuorum cultu tamen (*ἐναγίσμω*) et de sacrificiis, quae in ipsis sepulcris fiebant, plura nobis in monumentis servata sunt. Iam initio huius libelli exposui, nonnulla, quae in monumentis ad coronarum formam pertineant, prae exiguitate imaginum discerni non posse; hoc tamen satis appareat, vocem *στέφειν* aut *στεφανοῦν* saepe de infulis dictam esse. Notissimum est Homerum plus uno loco sacrificiorum mentionem facere, sed, ut dixi, nusquam coronam memoratam reperies. Auro ornantur cornua boum, cum recentiore aetate victimae coronis vel infulis redimirentur. Apud Aeschylum et Sophoclem coronae huius generis haud ita saepe inveniuntur; Euripides vero coronas sacrificiis adhibitas non raro memorat. Deinde multi loci, qui haec optime illustrant, inveniuntur apud Aristophanem. Vesp. 860:

'Αλλ' ὁς τάχιστα πῦρ τις ἔξενεγκάτω
καὶ μυρρίνας καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν,
δπως ὃν εὐξώμεσθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.

Plut. 819:

Καὶ νῦν ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βουθυτεῖ·
ἔν καὶ τράγου καὶ κριὸν ἐστεφανώμενος.

Equit. 221:

'Αλλὰ στεφανοῦ, καὶ σπένδε τῷ κοκλέμω.

Pax. 948:

Τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιραν,
καὶ πῦρ γε τουτὶ, κ' οὐδὲν ἵσχει πλὴν τὸ πρόβατον ἡμᾶς.

Cum his verbis conferas Clarac, Mus. Pl. 214, ubi feminas ad sacrificium eentes videmus, quas ancilla cum canistra sequitur. In Arist. Pax. 956 sqq. sacrificii caerimoniae fusius describuntur; de coronis huius generis confenda sunt: Arist. Plut. 87, Demosth. in Mid. p. 531.

Ministri, hostiae, vasa sacra coronis ornata erant. Cum multi loci exstent, quae illa singillatim demonstrant, primum videamus, quid traditum sit de coronis, quae sacrificantes ornabant. Omnesne, qui sacrificiis aderant, coronati erant? Sappho (apud Athen. XV. p. 674 e) deos dicit aversari eos, qui non sunt coronati (*ἀστεφανώτοισι δ' ἀπυστρέφονται*), quod Athenaeus sic explicat: εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς παραγέλλει στεφανοῦσθα: τοὺς θύοντας. Re vera magna copia locorum et multa monumenta, quae singula enumerare longum est, omnes, qui sacrificio adessent, ἐστεμμένους fuisse tradunt. Haud temere hanc vocem ἐστεμμένους elegi, quae etiam eos complectitur, qui infulas habent (Hamilton, An-

cient Vases. III. 55, III. 49). Mos fuisse videtur ut quivis homo privatus res divinas peragens coronam haberet; sacerdotes vero insuper infulis (taeniis) ornati erant. Hesychius, in voce *ταινία*, eas vocat: στέμματα ἵερων, διαδήματα ἀρχιερατικὰ, δεσμοὺς ἱερούς. In vasis picturis ornatis vero saepe homines depictos videmus, qui infulis tantum redimiti sunt. In singulis domibus ara erat, in qua pater familias nullo sacerdote adiuvante sibi suisque faciebat. Aelianus (V. H. III. 37) et Valerius Maximus (V. 10) tradunt Xenophonem, cum ei sacrificanti mors filii nuntiaretur, coronam, qua ornatus esset, deposuisse; cum autem audivisset filium fortiter pugnantem occubuisse, eam resumpsisse. Idem fere Apollodorus (III. 10) et Plutarchus (Mor. p. 224 b), narrant de Mino: ὁ Μίνως καὶ τὸν αὐλὸν ἀφεῖλε τῆς θυσίας καὶ τὸν στέφανον ὅπο λύπης. Ex his patet eo tempore coronas deperdita genuina significatione laetitiam tantum significavisse. Servius (ad Aeneid. VIII. 2) docet moris fuisse ut »polluti funere minime sacrificarent».

Nonnullae imagines in vasis picturis ornatis sacrificia exhibent, in quibus una figura et corona et infula caret; credo eam deum, qui colitur, repraesentare (Gerhard, Auserles. Vasenbild. 28; Hamilton, III. 21).

E nonnullis titulis autem sequi videtur non semper et ubique morem coronandi a sacrificantibus observatum fuisse, sive neglegentia sive paupertate prohibente. Itaque expressis verbis imperatur: C. I. Gr. 3595: ζταν ποιῶσι τὰς θυσίας

στεφανηφορείτωσαν οἱ τε πολῖται καὶ οἱ πάροικοι πάντες.

C. I. Gr. 4697: *στεφανηφορήσουσιν συντελοῦντες θυσίας καὶ σπουδὰς καὶ τάλλα τὰ καθήκοντα.*

Cum his monumentorum testimonia quadrant. Ut paucis exemplis defungar, sacrificium Iphigeniae nomino, quod in pariete Pompeiana depictum videmus (Mus. Borb. IV. 3, apud Baumeister, Denkm. des klass. Alterth., in voce Iphigenia, ubi aliam imaginem quoque, quae idem sacrificium demonstrat, habemus, in qua ministri coronis ornati sunt), deinde sacrificium in honorem Veneris (Panofka, Cabinet POURCELÈS pl. 18, denique Monum. Instit. VI. 30).

Hic versus Aeschyleus quidam memorabilis non silentio praetereundus est. In Aeschyli Agamemnone Cassandra exclamat (1265):

τὶ δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε
καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρη στέφη;

Coronae, quae circum collum gerebantur, satis notae sunt, sed in conviviis tantum apud hilares Bacchi comites inveniuntur; ὑποθυμίαδες vocantur deque iis infra disserere in animo habeo. Quid hoc loco sibi velint, equidem non intellego; fortasse in voce δέρη corruptela latet. Nullo monumento neque ullo loco coronas huiusmodi rebus sacris adhibitas fuisse repperi.

Non homines tantum coronati erant: in εὐστεφάνοις θεῶν θυσίαις vasa, templa, arae, hostiae, omnia denique coronis ornata erant. Pythia in Aeschyl Eumenid. (39) haec dicit:

ἐγώ μὲν ἔρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν
atque in Aristophanis Pluto leguntur (39):

τὶ δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

Scholiastes »ἐκ τῶν στεφάνων τῆς προφήτιδος“ interpretatur; at eodem iure coronas in adyto significari dixisset, nam perspicuum est poetam omnes illas coronas infulasque significare, quibus tempora referta erant.

Ex Aristophanis Nub. 257 (*ώσπερ με τὸν Ἀθάμανθ'* ὅπως μὴ θύσετε), ex Euripidis Iphigenia in Aulide 1080 (*σὲ δὲ πεπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν, πλόκαμον Ἀργεῖοι γ' ἀλίαν*) et 1477 (*στέφεα περίβολα δίδοτε*), ex Luciani de Sacrificiis c. 12 (*οἴγε θύοντες στεφανώσαντες τὸ ξῶν κ. τ. λ.*), e multis monumentis deinde constat hostias quoque coronas et vittas habuisse. In Museo Britannico vas eximiae pulchritudinis asservatur, in quo duae virgines delineatae sunt, quae boves *στέμμασι* redimiendo ad sacrificium apparant (Gerhard, Auserl. Vasenb. 244). Altera virgo corona hederacea, altera laurea ornata est. In alio vase (Gerhard, Auserl. Vasenb. 111) virginem infula redimitam videmus, quae taeniam affert, qua bovem ornet, cui Victoria aquam infundit.

Nemo mirabitur in sacrificando coronas ex iis plantis potissimum usurpatas fuisse, quae diis, quibus fieret, sacrae essent (*τοῖς προσήκουσι καὶ νενομισμένοις ἀνθεσι καὶ κλάδοις*, Artemid. II. 34). In pictura supra laudata (Gerhard, Auserles. Vasenb. 243) e variis virginum coronis sequi videtur sacrificium fieri in honorem Bacchi et Apollinis.

In Euripidis Bacchis iterum atque iterum coronae hederaceae memorantur, quae Bacchus omnesque, qui Bacchum colebant, ornabant (v.v. 24, 81, 195, 177, 180, 205, 253, 323, 341, 350, 364, 384, 702, 1055). De natura Bacchi φιλοδένδρω iam supra (p. 19) egi; duos vel tres locos mihi referre liceat, e quibus patet eam ob causam turba Bacchicam varias plantas sacris suis adhibuisse. Eurip. Bacch. 105:

ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆ-
βαι στεφανοῦσθε κισσῶ·
βρύετε, βρύετε χλούρει
μίλακι (= σμίλακι) καλλικάρπῳ
καὶ καταβακχιοῦσθε
δρυὸς ἢ ἐλάτας κλάδοισι,
στικτῶν τ' ἐνδυτὰ νεβρίδων
στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμων
μαλλοῖς.

In eadem tragedia Cadmus, qui numen Bacchi agnoscit novaque sacra observat, hedera, opinor, coronatus haec dicit (v. 180):

ἢκω δ' ἔτοιμος τήνδ' ἔχων σκευὴν θεοῦ.

De Bacchis, qui in luco festum agunt, ὁ ἄγγελος narrat (702):

ἔπι δ' ἔθεντο κισσίνους
στεφάνους δρυός τε μίλακος τ' ἀνθεσφόρου.

Laurus vero non tantum sacerdotes Apollinis Dianaeeque ornabat; ministri Iunonis, sacerdos Herculis (Athen. VI, p. 215. b), alii ita coronatos fuisse invenimus, nam laurus

fuit proprium vatum coronamentum (cf. p. 24) ¹⁾). Aristoph.

Pax 1044: προσέρχεται δάφνη τις ἐστεφανωμένος,
 τις ἄρα πότ' ἐστιν; ὡς ἀλαζών φαίνεται·
 μάντις τις εστιν.,

ubi Scholiastes: οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ μάντεις δάφνη ἐστεφανοῦντο
 εἰς γυνώρισμα τῆς τέχνης.

Paulo post rogatur: τις ἡ θυσία ποθ' αὐτῇ καὶ τῷ θεῶν;
 ex quo (si in re tam perspicua testimonia requirantur) luce
 clarius appareat, e coronis videri non posse, cuius dei sacra fiant.

Plerumque universe »coronae“ memorantur, neque plantae
 nominatae sunt. Populus ipse nesciebat, quae complures
 plantae significarent, quod videmus e Plinio, qui sibi valde
 placet, cum reconditam suam doctrinam his verbis depromit
 (H. N. XVI. 35): (de smilace) »Fert racemos labruscae
 modo, non hederae, colore rubro, complexa acinis maioribus
 nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque,
 infausta omnibus sacris et coronis, quoniam sit lugubris
 virgine eius nominis propter amorem invenis Croci mutata
 in hunc fruticem. Id volgus ignorans plerumque festa sua
 polluit hederam existimando“ cett.

Quamquam Graeci coronis ita utebantur ut saepissime
 lauro vel myrto coronati sacra dei cuiuslibet celebrarent,
 nonnullae tamen caerimoniae exstabant, in quibus certo et
 definito coronamento opus erat. Ita Pausanias (VII. 20)

1) Hanc ob causam numquam in conviviis usurpabatur, non quia
 esset inimica Baccho, quod minime verum (Hymn. in Bacch. 9).

nobis narrat antiquis temporibus Patris homines Dianaee immolatos esse; cui mori saevo cum Bacchus, fautor vitae humanioris, finem fecisset, unum pristinae saevitiae vestigium remansit. Quotannis pueri ad flumen se conferebant, in quod antea victimae humanae deiiciebantur; pueri illi coronis spiceis ornati erant. Ἐκόσμουν δέ οὕτω, ut iam ipsum Pausaniam audiamus, καὶ τὸ ἀρχαῖον οὓς ἄγοιεν τῇ Ἀρτέμιδι θύοντες· τὰ δ' ἐφ' ἡμῶν στεφάνους μὲν τῶν ἀσταχύων ἀποτίθενται παρὰ τῇ θεῷ, λουσάμενοι δὲ τῷ πετακῷ καὶ αὐθις στεφάνους ἐπιθέμενοι κισσοῦ πρὸς τὸ ἱερὸν ἵσι τοῦ Αἰσυμνήτου (Bacchi). Verisimile est Dianam in hoc cultu successisse priori Deae χθονίῳ, cui sacra fuerant, quaecumque terra gignit. (De cultu deorum χθονίων vide Preller I³ p. 523.)

E titulis quoque apparent nonnumquam coronas e certis plantis praescriptas fuisse.

In titulo de instituendis sollemnibus in honorem Aesculapii legimus (C. I. Gr. 3641 b. add.): ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιάτω βά[λλων σμύρναν? ἐπι] τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ ἐπιμελεῖσθω δπως δάφνη καὶ νῆ[ριον ὀσιν ἐν τῷ] ἱερῷ εἰς τοὺς στεφάνους. οἱ κήρυκες δὲ κελευέτωσαν Δαμψακηνὰς πάντας στεφανηφορεῖν. De Νηρίῳ (Nerium oleander. L) confer Dioscoridem (IV. 82): δύναμιν ἔχει τὸ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα.... τῶν πλείστων τετραπδῶν Φθαρτικὴν, ἀνθρώπων δὲ σωστικήν. Plura collegit vir doct. Hehn l. l. p. 300.

C. I. Gr. 2715 legimus liberis coronatis στεφάνῳ θαλλοῦ (i. e. corona oleagina) hymnum canendum esse in honorem Iovis et Hecatae.

C. I. Gr. 2144. Eretrii omnes monentur ut in sacris Bacchicis se hedera coronent. Chori in fabulis satyricis hedera coronati erant (Heydeman, Vasensamml. 3240. p. 546). De choris comicis intellegendum esse credo, quae Athenaeus (XV. 677. c.) tradit: Ἰσθμιακὸν οὔτως τοῦτον καλούμενον στέφανον Ἀριστόφανης μνήμης ἡξίωσεν ἐν Ταγηνισταῖς λέγων οὕτως.

τί οὖν ποιῶμεν; χλανίδ' ἔχρην λευκὴν λαβεῖν· εἰτ' ισθμιακὰ λαβόντες, ὥσπερ οἱ χοροὶ, ἄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον.

Coronae non solum ornamentum victimarum et sacrificantium erant, sed etiam nonnumquam ipsa munera sacra; imprimis coronae illae funebres, quas supra memoravimus, ita intellegendae sunt. Nonnulla sacra e coronis solis constabant, ut patet e caerimoniis, quae Patris celebrabantur (Paus. VII. 20. 1, de quo loco plura vide p. 57), atque ex hoc loco Etymolog. Magni (voce ἔΦεσος): στεφάνοις διὰ θαλλῶν τὰς ίκεσίας ποιοῦσιν. Pauperes deos sibi conciliant (teste Luciano, de Sacrificiis 2) vel gallo vel ture vel sola corona. Conferatur quoque Pausan. VII. 17. 6.

Constat certis temporibus signa deorum coronata fuisse, quo honore postea statuae clarorum virorum quoque affiebantur. (Rangabé, Antiq. Helléniques 821. b, C. I. Gr. 2448). E monumentis permulta exempla collegit Bötticher (Baumkultus, in tabulis, quas libro subiunxit), quibus haec illustrantur.

Sacerdotes vel collegium, quod e primoribus civitatis constabat, deorum signa coronanda curabat. De his diligenter egit Kuhnert, *de cura statuarum apud Graecos, Berolini 1883.* Titulis illic commemoratis addendi sunt:

C. I. Gr. 3151; inscriptio valde mutila; variae dignitates magistratusque, ut in initio decreti, nominantur: ἐπὶ τῆς διατάξεως Σεξτίλιος· ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ Ἀγαθήμ[ερος]· ἐπὶ τοῦ στεφάνου Νεικίας.

C. I. Gr. 4705. In honorem Aurelii Severi Alexandri statua erecta est ἐπὶ κ. τ. λ., πριτανεύοντος Ἀυρηλίου Ὁμριγένους τοῦ καὶ Ἀπολλανίου, βουλευτοῦ, γυμνασιάρχου καὶ ἐπὶ τῶν στεμμάτων καὶ ὡς χρηματίζει φυλῆς Ἀθηναίδος. Letronne (*Recherches sur l'Egypte p. 380, 399*) censem his verbis munus significari eius, qui coronas victoribus distribueret; fortasse non tantum ad praemia victorum in certaminibus publicis spectant, sed sacerdotem vel magistratum significant, qui deo vel diis coronandis publice operam dabat, quod eo magis credo quia alio loco (C. I. Gr. 3642) οὐ ἐπὶ τῶν στεφάνων εὑσέβεια legitur.

Res ipsa docet hunc honorem primum ad deos solos spectasse, sed quid fuit tam sacrum quin Graeculis aptum videretur ad hominum vanitatem extollendam? C. I. Gr. 2448. Epicteta quaedam testamento cavet ut quotannis in Museo una cum signis Musarum statuae ipsius et coniugis sui coronentur!

In titulis saepius invenimus senatui vel sodalitio cuidam

placuisse statuas publice datas certis temporibus coronari:
C. I. Gr. 2525 b, 3068, 3067.

Titulus 3067 inter alia haec habet: δεδόχθαι τῷ συνδῷ (i. e. τῷ κοινῷ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν) ἀναθεῖναι [τῷ Κράτωνι εἰκόνας τρεῖς] καὶ ὅταν ἡ Τηγίων πόλις συντελῇ Διονύσιᾳ ἢ ἄλλου ἀγῶνα [στεφανᾶσαι] τὴν εἰκόνα τὴν Κράτωνος στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου κ. τ. λ. Scriptores quoque hunc morem memorant, veluti Lucianus, Plutarchus, Athenaeus, alii.

Templa coronis omnis generis ornata fuisse, iam supra (p. 54) vidimus; magnus, sine dubio, erat numerus coronarum e fronde, quas homines tenuiores diis dedicaverant, sed etiam coronae pretiosae in templis asservabantur, ut apparet e tabulis, quae thesauros Parthenonis exponunt; v. g. Rangabé, Antiq. Helléniq. 1, 823, 833, 857, 870. C. I. Gr. 140, 141, 150. C. I. Attic. 656.

Plus semel memoratam invenimus coronam, quae Victoriam illam ornabat, quam manu tenebat Minerva. C. I. Att. 656: πέταλα θαλλοῦ χρυσᾶ δ' ἀπὸ τοῦ στεφάνου, ὃν ἡ Νίκη ἔχει, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος. Cf. C. I. Gr. 150, 151, 153: στέφανος χρυσοῦς ὃν ἡ Νίκη ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ, ἀσταθμος. Vides quanta cum cura omnia descripta sint; ne folia quidem praetermissa sunt. Ceterum notandum est Victoriam illam corona oleagina ornatam fuisse, ceteras coronas vero paene omnes laureas fuisse.

In tabulis, quae thesauros Parthenonis exponunt, fere semper pondera coronarum nominantur; ad ea recte aestimanda, necesse est observemus quae Boeckh de his rebus docuit. Boeckh (die Staatshaushaltung der Athener, 2^e Ausgabe, I. 5. p. 39) haec habet: »In nummis aureis mos fuit parvum quoddam pondus talentum nominari. J. F. Gronovius (de pecun. vet. III. 7.) iam vidit verisimile esse sex drachmas talentum vocatas esse. (cf. Pollux IV. 173, IX. 53.) Eiusmodi talentis aurifrices utebantur, deque iis cogitandum est, cum legimus de coronis multorum talentorum. Exempla sunt: corona Carthaginiensium 100 talentorum, Chersonesiorum ($\tauῇ \betaουλῇ καὶ τῷ δῆμῳ τῶν Ἀθηναῖων$) 600 talentorum. Omnia coronarum maxima ea est, quae in festo quodam Ptolemaei Soteris sedem regiam ornabat et 50.000 staterum erat. Iuxta eam corona posita erat 80 ulnas longa, quae auro gemmisque splendebat. In Parthenone multae coronae 17½—100 drachm. erant; quae fuit maxima, 1250 drachm. erat". Magno sine dubio pretium earum coronarum aestimandum nobis est, cum reputamus tempore liberae Atheniensium reipublicae aurum multo pretiosius fuisse quam hac nostra aetate.

De forma et fabricatione coronarum aurearum conferenda sunt: Antiq. du Bosphore Cimm. (passim); Stephani, Compte Rendu 1875. p. 26; Blümner, Technol. I. p. 304. Cum iam e descriptione coronarum $\deltaιαλίθων$, quas tempore Pericleo pulcherrima frontalia ($\piρομετωπίδις$, Boeckh, Staatshaus-

haltung II. p. 321) ornabant, coniicere liceret in hac quoque arte artifices Graecos excelluisse, tum quae apud Kertsch effossa sunt omnium opinionem superaverunt.

§ 4. DE CORONARUM USU IN LAETITIA PUBLICA.

»Diis immortalibus coronati placent" iam ex Athenaeo (Diss. p. 52) audivimus. Itaque ἡ στεφανηφορία in festis sollemnibus publicae laetitiae hilare testimonium inter sacra suum locum vindicat. Stephanephoriā sacrificium esse diis oblatum optime videmus e Pind. Ol. VIII. 9:

ἀλλ' ᾧ Πίσιας εὑδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος
τόνδε κῶμον καὶ στεφανηφορίαν δέξαι.

In titulis saepius huius moris mentio fit. C. I. Gr. 2144: (placet) στεφανηφορεῖν Ἐρετριεῖς πάντας καὶ τοὺς ἔνοικοῦντας κιττοῦ στέφανον τῇ πομπῇ τοῦ Διονύσου. C. I. Gr. 3595: ὅταν ποιῶσι τὰς θυσίας στεφανηφορείτωταν οἵτε πολῖται καὶ οἱ πάροικοι πάντες. C. I. Gr. 3641 b. praescribitur: ἀφεῖναι μὲν τοὺς παιδεῖς ἐκ τῶν μαθημάτων, τοὺς δὲ οἰκέτας ἀπὸ τῶν ἔργων, στεφανηφορεῖν δὲ Λαμψακινοὺς πάντας. C. I. Gr. 4697 et 4717, duo tituli ex Aegypto provenientes, monent ut στεφανηφορήσουσιν συντελοῦντες θυσίας καὶ σπουδᾶς καὶ τὰλλα τὰ καθήκοντα. C. I. Gr. 3831 a⁴ add. (Aezanis inventus) coronas in honorem div. Augusti et div. Augustae gestari iubet.

Nonnulli loci scriptorum haec testimonia confirmant. Plutarchus, (Marcellus 23, in fine) ubi narrat quot quantisque beneficiis Syracusani a Marcello affecti essent, haec addit: 'Ανθ' ὡν ἄλλας τε τιμὰς ὑπερφυεῖς ἔσχε παρ' αὐτοῖς, καὶ νόμον ἔθεντο τοιοῦτον, ὅπόταν ἐπεβῆ Σικελίας Μάρκελλος ἢ τῶν ἐκγύνων τις αὐτοῦ, στεφανηφορεῖν Συρακοσίους καὶ θύειν τοῖς θεοῖς.

Notum est milites Siculos sese invicem coronavisse cum victoria de Nicia et de Atheniensibus reportata esset. (Plut. Nic. 27. in fine). Deinde conferenda sunt: Plut. Timol. 39, Plut. Philip. 21, ubi in honorem virorum fortium multitudo se coronat, Plut. Moralia p. 194 a: πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν σώζεσθαι, εὐαγγέλια τοῖς θεοῖς ἔθυσε καὶ τὰς πόλεις τὰς ὑφ' ἑαυτὸν στεφανηφορεῖν ἐποίησε. Demosthenes (in Midiam 52, 53) oraculi responsum refert, quod iubet: στεφανηφορεῖν κατὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις, ἰδίας δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχρυτες καὶ μνασιδωρεῖν. Plut. Arat. 34: 'Αθηναῖοι ἐστεφανηφόρησαν, ὅτε πρῶτον ἤγελθη τεθνηκώς.

Novimus e scolio illo:

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος Φορήσω

(quod aetate Periclea factum esse videtur, Bergk, Poetae Lyrici III³. p. 646) tempore, quo Phidas floreret, moris fuisse in festis Panathenaeorum ramos myrtleos gestare. Rami oleagini quoque in pompa usurpabantur; venerabiles senes Attici, qui θαλλοφόροι vocabantur, sacros ramos

manu tenabant; servi et peregrini, qui pompam spectare volebant, ramos querneos ferebant, ut significarent (secundum Bötticher, Baumkultus p. 404) se sub tutelam Διὸς Εστίου esse (Anec. Bekk. p. 242). Deinde ex imaginibus, quae Zophorum Parthenonis ornabant, videmus coronas quoque in pompea ornamentis fuisse (Friederichs-Wolters, Gipsabgüsse (Bausteine) p. 271, p. 273)¹⁾). Foramina, quae ad coronas affigendas in marmore facta sunt, haec luculenter ostendunt²⁾). Verisimile est aetate Periclea in his festis

1) Friederichs-Wolters (o. l. p. 273): »Von den Kränzen, welche mehrere Figuren aufgesetzt haben oder im Begriff sind aufzusetzen, muss man annehmen, dass sie bald in Metall bald in Farbe ausgedrückt waren, ohne dass wir einen Grund dieses Wechsels erkennen könnten.“

2) Petersen (Zeitschr. f. d. Alterth. 1859 p. 390) et Aug. Mommsen (Heortologie p. 15), qui negant in Zophori imaginibus coronas inventiri, hanc ob causam contendunt pompam funebrem effictam esse. Petersen credit (teste Mommsono o. l. p. 15): »dass der Fries andere Trauerfeste abbildet, in dem er stillschweigend voraussetzt, dass die Panathenaenpompe keine Züge von Trauer an sich haben konnte“. Quod Mommsen ei minime concedit, qui contendit Panathenaeis nonnulla inesse, quae ad luctum spectant. (Die Tendenz zur Trauer, von der die Panathenaeen Spuren enthalten. In der schrecklichen Hitze sind schwermüthige Feste die naturgemässen). Argumenta, quae vir doctissimus affert, haec sunt: 1. Vestimento versicolori uti non licet (Luc. Nigr. 14). At non quia βαττὴν ἵματιον dierum festorum vestis esset, sed quia vestis cotidiana erat, qua homines in labore utebantur, (Hermann-Stark, Gr. Alterth. III. § 21, 24) vetita erat. Apud Romanos quoque vestis versicolor servorum hominumque tenuiorum erat. 2. Imagines in Zophoro coronis carent (de his vide supra). 3. Contendit, myrtos gestare luctum significare (Das Myrthentragen deutet auf Todtentrauer). Evidem non video, quam ob rem myrti in his caerimonii vim funebrem haberent, cum cetera omnia, quae de Panathenaeis novimus, laeta tantum significant. De myrto, quae Atheniensibus secundum olivam, carissima erat cf. Diss. p. 25.

non tantam copiam coronarum adhibitam esse, quanta Graeci posterioris aevi uterentur. Demosthenes (in Midiam 52, 53) affirmat Dionysiis omnes Athenienses coronatos esse et servos et ingenuos, quibus haec addit: non solum legibus de Dionysiis, verum etiam oraculis obtemperantes, sollemnia illa festa celebramus; oracula et Delphica, et Dodonaea iubent χοροὺς ιστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κυισᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν. In Oschophoriis (Mommsen, Heortologie p. 270 sqq.), Anthesterii (o. l. p. 345—377), quorum nomina iam argumento esse videntur, in omnibus denique festis, quae Graeci multa splendidaque celebrarent, coronarum ingentem copiam adhibitam esse, nemo, opinor, negabit¹⁾.

Quicumque alicui flagitio obnoxius erat corona prohibebatur, quod e lege Atheniensium apud Aeschinem (in Timarch. 21) novimus: ἐὰν τις Ἀθηναῖος ἐταιρύῃ μὴ ἔξεστω αὐτῷ κ. τ. λ., μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω· ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἐταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω. Tanta erat sanctitas coronarum, etiam illis temporibus!

1) In festis Hyacinthiis multitudo, postquam Hyacinthi fata flevit altero die hedera se coronabat. (Macrobius Saturn. I. 18. 2)

§ 5. DE SUMPTIBUS CORONARUM CETT.

Variis modis sumptus, qui in tot coronas impendebantur, ferri solebant. Vulgo ex aerario publico pecunia solvebatur, nonnumquam etiam publice ipsae coronae praebitae videntur, quas prius magistratus faciendas locaverant. Haec enim efficio e C. I. Gr. 2144, ubi placuit: *τοὺς πολίτας λαβεῖν τοὺς στεφάνους ἐκ τοῦ δημοσίου ἀπομισθοῦν τε (τοὺς) στεφάνους.* Απομισθοῦν significat locare, ita Lysias VII. 9 (*περὶ τοῦ σήκου*): *τὸ χωρίον ἀπεμισθῶσα Καλλιστράτῳ.* (cf. Thuc. III. 68) Demosthenes autem in oratione in Macartatum hac voce eodem modo quo titulus, de quo agimus, usus est. In lege (58) iuvenitur: *ἔὰν δὲ τοῦ δημάρχου ἐπαγγείλαντος μὴ ἀναιρῶνται (sc. τὸ νέκρον) οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν δημάρχος ἀπομισθωσάτω ἀνελεῖν καὶ καταθάψαι καὶ καθάραι τὸν δῆμον αὐθημερὸν, ὅπως ἂν δύνωνται δλιγίστου.*

Nonnumquam sacerdotes ex arca solvebant (Boeckh, Staatshaushaltung I. pp. 207, 210, 217, 414 (a), 444, 459. II. 94) vel de suo pecuniam ad coronas suppeditabant; hoc modo deorum signa praecipue ornata fuisse, nemo mirabitur. Plutarchus (Arist. 21) narrat post victorias de Persis reportatas ab Aristide Plataeis sollemnes ludos institutos esse, qui usque ad suam aetatem celebrarentur; *τοῦ Μαιμακτυριῶνος μηνός . . . τῇ ἔκτῃ ἐπὶ δέκα πέμπουσι πομπὴν, ἣς προηγεῖται μὲν ἡμέρᾳ ταλπιγκτής, . . . ἔπονται*

δ' ἄμαξαι μυρρίνης (cf. Diss. p. 25) μεσταὶ καὶ στεφανωμάτων κ. τ. λ. Nullus servus his curandis adhibebatur: δούλῳ γάρ οὐδενὸς ἔξεστι τῶν περὶ τὴν διακονίαν ἐκείνην προσάψασθαι διὰ τὸ τοὺς ἀνδρας ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἐλευθερίας.

* Coronae, quae viris fortibus vel civitatibus praemio dabantur, certa pecunia solvebantur, quam senatus his rebus destinaverat. C. I. Att. 114: τὸ δ' ἀργύριον εἶναι τὸ εἰς τὸν στέφανον ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τεῖ βουλεῖ. Quinqueviri aut ὁ ἐπὶ τῷ διοικήσει (Rangabé Ant. Hell. 447) coronas illas facientes curabant.

Homines privati coronas sibi emebant in foro coronario, cuius iam supra mentionem feci (Diss. p. 24). Quod forum, cum Athenis αἱ μυρρίναι vocaretur, apud Stratonem (qui Sardibus natus Hadriani fuit aequalis) τὰ στεφανηπλόκια nominatur. Strato (in Anthol. XII. 8):

[Handwritten note: Κατεβαίνει]

Εἶδον ἐγὼ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκοῦντα κόρυμβον,
ἀντιπαρερχόμενος τὰ στεφανηπλόκια.

Στεφανοπᾶλαι et στεφανόπωλιδες illi exiguam pecuniam merebant, nisi forte alio quoque modo quaestum facerent, quod haud raro accidisse videtur. De his conferenda sunt Arist. Thesm. 447, Anthol. IV. 81, XII. 8 (carmen impudicum).

Coronae, quae ad dictum diem mandatae erant, συνθηματικαὶ vocabantur, teste Aristophane (Thesm. 458):

ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἀπειμι· δεῖ γάρ ἀνδράσιν
πλέξαι στεφάνους συνθηματικίους εἴκοσιν.

De quo loco scholiastes: οὗτοι ἡμεῖς συνεκδοτίκους λέγομεν.
 Athen. XV. p. 680. c.: Συνθηματικοὶ στέφανοι, ἡγρολαβη-
 μένοι καὶ ἐκδόσιμοι. Pollux VII. 200: Συνθηματικοὺς στε-
 φάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τοὺς ἡγρολαβημένους, οὓς οἱ νῦν
 ἐκδοσίμους λέγουσιν.

Strabo (VI. 256) narrat in Bruttiis moris fuisse ut mulieres diebus festis nullas coronas emerent, sed ipsae eas necterent: διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα εἶναι τὰ περικείμενα χωρία καὶ ἀνθηρὰ, τὴν Κόρην ἐκ Σικελίας πεπιστεύκατιν ἀφικνεῖσθαι δεῦρο ἀνθολογήσουσαν· ἐπὶ δὲ τούτου ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γέγονεν ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὅπτε ταῖς ἑορταῖς αἱρχόδην εἶναι στεφάνους ὄνητοὺς φορεῖν.

Aetate imperatoria coronamenta ex Aegypto potissimum advehabantur. De his plura collegit Böttiger (Sabina p. 57).

EPILOGUS.

Dum plagulas corrigo, prodit fasciculus decimus praestantissimi Lexici Antiquitatum, quod editur curis v. d. Daremberg et Saglio¹). Quo fasciculo v. d. Egger et Fournier s. v. Coronae copiose disputant de coronis tam Graecis quam Romanis. Rem sic divisorunt: I. De coronarum materia. II. De primo coronarum usu; de coronis sacris. III. De coronis funebris. IV. De coronis, signis laetitiae. V. De coronis, praemiis publicis. VI. De coronarum usu in re militari.

Quamquam haud mediocri voluptate animi afficiar, quod summi illi viri in plerisque rebus, de quibus egi, a me non dissentire videntur, tamen omnia fere, quae altero capite meae commentationis collegi, tam eleganter tractata sunt, ut non nisi cunctanter meam farraginem in lucem edere audeam.

1) Dictionnaire des Antiquités Grecques et Romaines, d'après les textes et les monuments; ouvrage redigé par une société d'écrivains spéciaux, d'archéologues et de professeurs, sous la direction de MM. Ch. Daremberg et Edm. Saglio. Paris. Hachette et Cie.

THESES.

I.

Hom. Il. VI. 289:

Ἐνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν

Legendum:

Ἐνθα δὲ ἔσαν πέπλοι, παμποίκιλα τεργά γυναικῶν.

II.

Aeschyl. Agamemnon 1265:

τὶ δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε,
καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρη στέφη;

Lege: περὶ κάρα στέφη.

III.

Plato, fr. 2 (Bergk, Poetae Lyrici II³. p. 299):

*τῷ μῆλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἐκοῦσα φιλεῖς με
δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος·
εἰ δ' ἄρ' ὁ μὴ γίγνοιτο, νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
σκέψαι τὴν ὥρην ὡς δλιγοχρόνιος.*

Tertium versum sic dividat:

*εἰ δ' ἄρ' ὁ μὴ γίγνοιτο νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα,
quod cum feceris nihil virorum doctorum coniecturis in
voce νοεῖς opus erit.*

IV.

Xenophon, Hellen. I. 6. 21:

τὰς τε ἀγκύρας ἀποκόπουτες καὶ ἔγειρό μενοι ἐβοήθουν.

Scribendum: *ἐπειγόμενοι.*

V.

Cicero, pro Murena XXXI. 64:

Aut non dixisses aut seposuisses aut in meliorem
partem interpretarere.

Recipienda est coniectura Roscheri (Annales Fleckeisenii,
Vol. 131, fasc. 5/6, p. 382) qui seposuisses in deponuisse
mutat.

VI.

Cicero, Ep. ad fam. IX. 6. 5:

Quae studia vacationem habent eandem publici munieris.

Corrigendum: obeundi.

VII.

Cicero, Ep. ad fam. XI. 19. 2:

Genus hominum adversariorum seditiosum et inertissimum.

Legendum: Genus hominum adversarium seditiosum
et certissimum.

VIII.

Catullus, IX. 4:

Verani....

Venistine domum ad tuos Penates

Fratresque unanimos anumque matrem.

Emendandum: piisque matrem.

IX.

Plinius, Epist. VI. 16. 2:

Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi,
ut urbes, memorabili casu quasi semper victurus occiderit.

Eicienda sunt ut populi, ut urbes.

X.

Oratio funebris, quae Lysiae adtribuitur, ab eo abiudicanda est.

XI.

Apud Pindarum (passim) $\sigma\tau\acute{\epsilon}\phi\alpha\nu\circ\varsigma\chi\rho\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\circ\varsigma$ non est corona ex auro facta.

XII.

Virgines Athenienses in Brauronii ornatae erant sertis e fici factis, ut fascinum averteretur.

XIII.

Non facio cum Preller (Griech. Myth. I³. p. 588, in adnot.), ubi contendit hederam Baccho sacram fuisse, ut quae animum ex vino aestuantem refrigeraret.

XIV.

Minime suffragor sententiae, quam Friedländer hisce verbis exposuit:

»Dass die Ausdehnung des Begriffs der Naturschönheit auf das Rauhe, Düstere und Oede, das Phantastische und Wilde, endlich das Furchtbar-Erhabene dem Alterthum und Mittelalter fremd gewesen ist, darf als erwiesen angenommen werden“ (Ueber die Entstehung und Entwicklung des Gefühls für das Romantische in der Natur. Leipzig 1873. p. 1.)

XV.

V. d. Milchhoefer in libro, qui inscribitur »Die Anfänge der Kunst in Griechenland“ frustra conatus est probare in artis Mycenaee monumentis ea inveniri, quae Graecorum tantum artis propria sint.

XVI.

Iniuria Koch (Die Bäume und Sträucher des alten Griechenlands, p. 44 sqq.) contendit *βαλανηφάγους* (cf. Herod. I. 66) homines esse, qui nucibus castaneis ve-scantur.

XVII.

Xenophanes Deum a mundo non disiunctum sibi finxit.

XVIII.

Iniuria Krebs (Antibarbarus der Lateinischen Sprache⁴, p. 669) negat verbum occurrere apud scriptores optimae notae significare idem quod inveniri.

XIX.

Ea pars domus Romanae, quae fauces dicebantur (Vitruvius VI. 4. 10), non iuxta tablinum erat.